IOANNIS DARTIS, ... LIBRI TRES DE ORDINIBUS, ET DIGNITATIBUS ECCLESIASTICIS;...

Jean : d' Artis




BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 F
10

IOANNIS DARTIS,

ANTECESSORIS ET PROFESSORIS REGII, SENIORIS AC DECANI FACVLTATIS IVRIS CANONICI, in Academia Parisiensi.



LIBRI TRES

DE ORDINIBVS, ET DIGNITATIBVS ECCLESIASTICIS;

IN QVIBVS BREVITER RESPONDETVR ad Apparatum & Tractatum Cl. Salmasii, de Primatu Papæ, Eiusque prima, media, & vltima, ad tres quæstiones referuntur, & refelluntur.

Prima *est de Presbyteris, & Episcopis, eorumque differentia.*

Secunda *est de Antocephalia Episcoporum, Metropolitanorum, & Exarchorum.*

Tertia *est de Patriarchis, & Diœcesibus.*

Ad Illustrissimum Virum Dominum Dom. PETRVM SEGVIERIVM Franciæ Cancellarium.






LVTETIÆ PARISIORVM,
Apud IOANNEM BILLAINE, viâ Iacobæa, sub signo Sancti Augustini.

M. DC. XLVIII.

Cum Priuilegio Regis, & Approbatione Doctorum.



ILLVSTRISSIMO VIRO D. D.
PETRO SEGVIERIO
FRANCIÆ CANCELLARIO.

IOANNES DARTIS ANTECESSOR ET PROFESSOR REGIVS, SENIOR & Decanus Facultatis juris Canonici.



VSTITIAM & Magnitudinem tuam in primis veneror, & ad eam sinum pando, CANCELLARIE ILLVSTRISSIME, *quidquid enim est, vel in doctrina eximium, vel in Eloquentia praclarum, vel in virtute conspicuum, vel in Sapientia serenum, vel in magnificentia excelsum, vel in dignitate summum atque perfectum, id totum, tibi velut à Deo commissum, tenes hodie, ac possides. Tum vetus est tuum, & nobile genus, amplissima cognatione & affinitate inclytum, nam vt serpunt magna familia sensim foras cognationibus, affinitatibus, amicitijs, & vicinitatibus, ita à tua domo, longe ad plures familias, genere & nobilitate illustres, linea se extendit. Tu vero altioris genij vir, sanguine aternus &*

á ij

ingenio, primum à parentibus magnus, & ad virtutem natus, à te etiam clarus esse voluisti, & simul fecisti tibi nomen, & accepisti, cum acceptum à majoribus tuis noua gloria extendisti. Nam post primas illas liberales, & eruditas illas Iurisprudentiæ literas tuas, velut tibi seruire voluerit omnis honos, vagus per omnes dignitatum formulas, meritusque plura quam gerens, Senator primum, Præses Prouinciæ, tum in Senatu, honore gesti Præsidatus inclytus, prudentiam etiam ipsam, ante annos prudentiæ, prouocasti, tandemque summo Themidis *tribunali impositus es, parum enim visum est Regiæ Majestati, te esse Iudicem optimum, voluit te esse judicem summum, Maximumque, & te dignissimum, sanctissimum, purissimum, tanquam Genium fatalem, & instrumentum boni sæculi, suo Sacrario consecrauit, tuamq; sanctimoniam, & venerabilem morum disciplinam, & in rempublicam peruigilem administrationem comprobauit, tum Senatus populusque Francicus, te publice, & priuatim dignum declarauit.* Tuque *in omnibus illis patricijs dignitatibus administrandis ita te gessisti, vt tanquam legum Minister, & Author, præesses, præscriberesque recta et vtilia, et conjuncta cum legibus, et constitutionibus Regijs, essesque vir, in cognoscendis rebus, multi studij, proponendis eloquij, geren-*

dis iudicij, et exequendis fortunæ, vtque foris ita domi, vt in magnis ita in paruis, vt in alienis ita in tuis, vir grauis, prudens, et multis experimētis, ita eruditus, vt qui futura posses ex præteritis prauidere, et quod alij flebiliter, graui imperio, à populis vix consequebantur, tu gratia et eloquentia statim obtinebas: quidquid enim in te est, id totum Gratiarũ est, & semper in laude, & gratia, & gloria fuisti, apud omnes etiam barbaros, etiam rebelles, illi enim in te formam quidem ipsam corporis, & oris habitum, & oculorum speciem, tanquam faciem iusti, & honesti videbant, in tantum, vt non minus amabilis, quam venerandus semper extiteris, & vidimus quæ acta miramur, omnes tibi semper terra marique omnia concessisse, & mare etiam ipsum tuam pompam adorasse.

Quantum vero studiorum nostrorum amore flagraueris, quantum legeris, quãtum scripseris, quantum dixeris, ne cogitari quidem potest, tu enim pignus prisci, & aurei sæculi, stirpe & nobilitate inter primos, eruditione & humanitate supra primos, dignitate & authoritate primus, & particeps Coronarum Regni, dum das terris edicta, populis responsa, Regibus oracula, quæris adhuc priuatam gloriam, incumbis studijs, artes irradias, & commoda literarum promoues. Nam cum Basilica, præclarum illud, & diui-

num opus, per annos plures, velut nouacula Acciį Nauiį in Puteali defossa, aut vt Ensis Aiacis apud Sophoclem nocti, Ereboque tradita, semperque morti proxima jacuissent, tua Magnitudo, illa ab Orco reuocauit, publici juris fecit, & immortalitate donauit; Scribeturque nunc Seguierius, in primis Basilicorum folijs, & in omnibus terris audietur, Musas, Seguieriį natiuitatem aspexisse, nunquam enim ingratæ fuerunt litteræ, & quam à Regibus, aut Magistratibus gloriam acceperunt, eam illis cum fœnore reddiderũt, & reddẽt seclis innumerabilibus, quare æternitatem famæ, & nominis tui, illi mihi intelligere videntur, qui ad te tanquam amatorem litterarum, & patronum pietatis confugiunt, cui enim magis fructus studiorum, & Magistrationis nostræ tribuentur, quam omnium virtutum & scientiarum viro, & vbi fas erit litterarum præmia consecrare, nisi in sede Musarum, & Cancellis Justitiæ.

Id vero de quo nunc agitur à me, est huiusmodi, ego enim traditam ab Apostolis, & ab Ecclesia veritatem, contra Salmasium deffendo, & vt ad te quem spectant omnes, ora quoque eam conuerterem, feci propemodum vt olim pusillus Zachæus, qui vt Dominum videret, & ab eo videretur, proximũm Sycomorũ occupauit. Ego enim oblatam hanc causam, grauem, &

summam, arripui, eamque deffendi, & nunc deprecor, vt permittas deffensionẽ eius tuo nomini adhærescere, & litationi meæ, tanquam donariũ accedere, cum enim quæstio publica sit, vsque ad inclyti, semperque verendi sacrarij tui Cancellos venire debebat; Et Thraseas dicebat apud Plinium, inter alias causas suscipiendas esse eas, quæ ad exemplum pertinerent, quia plurimum refert an bonum vel malum induceretur. Non erit vero superba, iracunda, vel acerba nostra deffensio, & vitabimus illa quæ accidunt parum cautis, vt de homine dicere quam de causa malint, & Cicero proferre solebat, se Aristarchum non Phalarim probare in scriptis. Ego ausus sum quia nemo prodibat, & cum fortassis impunitatem sibi aduersarius promitteret, ego ingenium obieci, & post quatuor menses opusculum peregi, distulique in hunc diem, & infirmus ex graui & diuturno morbo, & ex alijs causis, denique vt is facilius veritatem agnosceret, nunc quando calor ille quo scribebat, refrixit, & ne amplius crederet, causam veritatis non posse deffendi, vt jam credidit, nunquam enim ita male cum humano genere actum fuit, vt virtuti patrocinium deesset, neque tantum fuit improborum vnquam, vt deserta bonorum causa negligeretur. Et potuissem quidem illi, ad contemptũ sanctorum Patrũ Centaurice irruenti, aliquid

inclemẽtius respondere, non faciam tamen, nec vrgebo maledictis, quia calumniæ negotium non gero, & vltionem non quæro, sed deffensionem, componamq; sermonem meum, cum ad animum tuum, Vir Maxime, tum ad candorem veritatis, non ad stomachum reprehensionis, & seruabo præceptum Isocratis de permutatione bonorum, Ego, inquit, pulcherrimam, & iustissimam deffensionem esse duco, quæ quam fieri potest iudicibus demonstrat eas res de quibus suffragia sunt ferenda, vt ne in errorem inducatur, aut dubitent vtri vera dicant. Tuum vero erit CANCELLARIE ILLVSTRISSIME, *de omnibus illud quo polles iudicium ferre, tu enim non solum in pretio habes literas, sed etiam propter literas es in pretio: Egoque non aliter consilium meum aut rationes meas tuæ amplitudini commendo, quam Augustus liberos suos commendare solitus erat, si mereretur, & gloriabor plurimum, meam sententiam, & lucubrationem tibi gratam esse, in eo enim tota huius libri fama fatumque consistit, vt tibi placeat, & vt tua illustris magnitudo, me sibi deditum, obstrictumq; habere dignetur. Lutetiæ Parisiorum anno Salutis millesimo sexcentesimo quadragesimo octauo die natali Cathedræ S. Petri Romæ.*

Lectori

LECTORI.

CVm exiisset à partibus aduersariorũ tractatus, quem author scripsit de Primatu Papæ, sicut olim Epicurus librum scripserat de pietate aduersus Deos, ego illum in manibus meis aliquantum temporis tenui, non vt illas cum hoste consererem, sed vt viderẽ quid esset in illo verbosissimo apparatu quo stare posset eius promissio, & vidi nihil esse in eius coniecturis & disputationibus, quæ huc & illuc trahuntur, quod veritatem antiquam offenderet, nec illum in suis siue progressibus, siue regressibus orationis, eo quo intendit, peruenire potuisse, & cum quædã præcipua mihi pro meo officio adnotassem, nescio quomodo inuita publicatione, ius omne in eis amisi, religiose enim testatũ esse volo, quæcunq; de re proposita, à me dicta vel scripta sunt, non ideo scripta fuisse, vt foris darentur, sed vt ad vsum magistrationis meæ venirent, & in promptu haberem rationes, quibus conatũ aduersarij repellerẽ, ad id vero pauca, & velut per saturam scripta sufficiebant, nec electa aut collocata verba requirebãtur, cum ea in sermonem publicũ noluissem adducere, & quia in Ecclesiasticis rebus non specimen eloquentiæ, sed Canones Apostolici requiruntur, vt ait S. Athan. Apol. ad Constatiuũ. Sed placuit viris summatibus in republica, summatibus in Ecclesia, vt interim dum silent alii, hæc qualiacunque publicarentur, quibus, licet oppressus eorum authoritate, restiti, per plures annos, & præterea illustrissimus Archiepiscopus

Tolosanus D. Carolus de Monchal, vir qui dignitatem suam, non solũ pietate, sed ingenio, & nostris studiis, omniq; linguarum & literarũ genere fulcit, & illustrat, in publico conuentu Cleri Gallicani, author fuit vt nomine eius ederetur, quo tamen non sum vsus honore; & illi tandem peruicerunt, & me pedibus, & corpore debilem, Equiti cataphratto ferrea omni specie, cum funda obiecerunt; quare ne viderer refractariolus, fateor me totum negotium illis permisisse, & ea tantum me proferre quæ mihi notaueram, & quasi per indicem summo digito attigeram, ac nec potuisse infirmũ ex morbis ea regustare; quæcunq; vero ego breuiter & strictim de his quæstionibus dicere potui, alii diligentiores, alii doctiores, melius poterunt spisso & operoso opere exponere, magni enim viri sunt in domo Dei,

Nec frustra meditantur habent quod dicere possint.

Inter quos doctissimus vir, & facile laborans Dionysius Petauius Ecclesiam Christi, pro sua parte, & pietate defendet, nam quod aduersarius nos suadet, vt taceamus omnes, nec respondeamus eius argutiis, mihi haud secus facere videtur, ac Thrasymachus ille Platonicus, qui nihil prorsus Socrati de Iustitia differenti, permittebat pro arbitrio respondere, sed interpellans, Caue, inquit, quod vtile est, ne iustum dixeris, neque quod necessarium, & huiusmodi aliquid æquitatem appelles.

Approbatio Doctorum.

NOs infra scripti Antecessores Facultatis Iuris Canonici in Academia Parisiensi, testamur vidisse Tractatum Ioannis Dartis Antecessoris & Professoris Regij, & Decani seu Senioris eiusdem Facultatis, & tres quæstiones de Presbyteris & Episcopis de Autocephalia Episcoporum, & de institutione Patriarcharum: In quibus librum Claudij Salmasij de Primatu Papæ, eiusque apparatũ, erudite refellit, & cõfutat, prolatis certissimis authoritabus scripturarum, Conciliorum & Patrum, & antiquam vniuersiæ Ecclesiæ traditionem & doctrinam Catholicam aduersus Aerios & Acephalos, accurate vindicat. quare merito hac nostra testatione hunc librum non solum approbamus, sed etiam scriptoris modestiam, varia cum eruditione coniunctam, maxime commendamus, quod in detegendis & excutiẽdis calliditatibus, insidiis, & figmentis oppugnantium ἱεραρχίαν Ecclesiastici ordinis, veritatis indagandæ & patefaciendæ, quam contentionis & rixarum studiosiorem & cupidiorem se præbuerit. In cuius rei fidem hæc scripsimus & subscripsimus, Lutetiæ Parisiorum Kalendis Aprilis, anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo.

FLORENS, *Antecessor.* PH. DE BVISINE, *Antecessor.*

Extraict du Priuilege du Roy.

PAr grace & Priuilege du ROY, il est permis au sieur Dartis, Doyen & ancien Docteur de la Faculte de Droict Canon à Paris, & Lecteur ordinaire du Roy, de faire imprimer & debiter vn liure qu'il a fait, intitulé, *Tractatus de ordinibus & dignitatibus Ecclesiasticis, in quo breuiter respondetur ad Apparatum & librum Claudij Salmasij de Primatu Papæ*, &c. & ce durant l'espace de sept ans, à commencer du iour qu'il sera paracheué d'imprimer, & defenses à tous autres de l'imprimer ou faire imprimer, vendre & debiter sans le consentement dudit exposant, aux peines portees par ledit Priuilege. Donné à Paris le 17. Auril 1647.

Signé, Par le Roy en son Conseil, AVDIGVIER,
Et seellé du grand sceau de cire jaune.

Le susdit Priuilege a esté cedé & transporté à Iean Bilaine, Marchand Libraire à Paris, pour en jouyr aux termes & conditions portées par iceluy, Faict à Paris le 2. Ianuier 1648.

Acheué d'imprimer le 18. Ianuier 1648.


Les Exemplaires ont esté fournis.



ILLVSTRISSIMI VIRI, D. D.
PETRI SEGVIERII,
FRANCIÆ CANCELLARII, STEMMA
Inclytum, Aries, & eius vellus aureum, inter Stellas.

PRinceps summe Togæ, lux olim prima Senatus,
Nunc columen Regni, compos & Imperij.
Stemma tuum est Aries, mundi nascentis imago,
Quo surgente, Annus surgit in orbe nouus,
Et veniunt hortis flores, & gramina campis,
Et redeunt Syluis, arboribusque comæ.
Stemma tuum est vellus, fuluo spectabile ab auro,
Et vellus Phryxi vellere nobilius.
Vellere quo tectus Polyphemum euasit Vlysses,
Nec sæuis monstri dentibus esca fuit.
Et tuus in terris Aries dum luce coruscat,
Atque inter Stellas lumine regna tenet,
Montis Parnassi per te nemus omne virescit,
Agnoscitque à te quidquid honoris habet.
Et noua fata facis miseris, reddisque beatos
Illos quos virtus, canaque iura iuuant.
Vellus deinde tuum decus est tutelaque Regni,
Præsidium, quo nos protegis, atque tegis.
Fas igitur Vir summe, tuis te fidere fatis,
Consilium hoc magnum dat tibi stemma tuum,
Nam defensa latet proprij sub tegminis vmbra
Integritas, nullis concutienda notis.

LIBER



LIBER PRIMVS.

DE EPISCOPIS ET PRESBYTERIS & eorum differentia.

CAPVT PRIMVM.



VÆDAM fuit opinio jam ab Aerij hæretici tẽporibus ducta, eoſdem eſſe preſbyteros & Epiſcopos, nec vllam inter eos poſſe conſtitui differentiam, quæ tamen tunc velut aërea, parum firma & ſtabilis permanſit, nec vna cum ſequentibus ſæculis, ætatibuſque hominum inueterare potuit; Ea enim cùm eſſet propria hominis, qui propter Epiſcopatum ambitioſius contenderat, quam illa dignitas poſtulet, & quod non eſſet Epiſcopus ordinatus, ſuas tantum iniurias vlciſci videretur, aut contempta eſt, aut facile profligata. Præiudicatam tamen opinionem ex animis hominum radicitus auulſam, hodie non ſolum habent noſtri aduerſarij, ſed, tãquam noui Aerij, venditant ingenium, & oſtentant memoriam, vt illam iterum ad nos deferant, & defendant, nec præiudicat illis præiudicium, aut preſcriptio tot ſæculorum. Dicunt à Paulo ſæpiſſime preſbyteros dici Epiſcopos, & Epiſcopos preſbyteros, & hoc quoque dixit Aerius, dicunt hanc eſſe mentem Apoſtoli ep. ad Philippenſes, ad Titum, & in Actis Apoſtolorum, & ita quoque ea verba accipiebat Aerius, qui tamen iudicatus eſt hæreticus à S. Auguſtino, & à B. Epiphanio. & de hac re hîc præcipua conſtituetur quæſtio.

Verum vt res rite & ordine procedat, in primis distinguendi sunt duodecim Apostoli, à septuaginta duobus discipulis. Nam illi 12. constituti sunt à Christo Apostoli primum, deinde presbyteri & Episcopi, per sacram ordinationem, & per manuum etiam impositionem, vt censet Chrysostom. ep.1.ad Corinth. c.15. homil.38. loco singulari, & nondum obseruato, ille enim ait Iacobum fuisse à Christo ordinatum per manuum impositionem, & idem dicendum est de alijs Apostolis ἔπειτα ὤφθη Ιακώβῳ ἐμοὶ δοκεῖ τῷ ἀδελφῷ ἑαυτοῦ, αὐτὸς γὰρ αὐτὸν λέγεται κεχειροτονηκέναι, καὶ ἐπίσκοπον ἐν Ιεροσολύμοις πεποιηκέναι πρῶτον. 1. *deinde visus est Iacobo* (loquitur de Christo) *mihi videtur dicere fratri suo, ipse enim dicitur ei manum imposuisse, seu ordinasse, & fecisse Episcopum Hierosolymis:* vbi illud ἐν Ιεροσολύμοις potest significare tantum locum in quo, non ad quem est ordinatus; nam communis omnium est sententia Iacobum quidem constitutum fuisse ab Apostolis Episcopum Hierosolymitanum, sed sine vlla sacra ordinatione. Septuaginta verò duo discipuli electi quidem sunt discipuli, & à Christo missi, sed non sunt ab eo cum 12. Apostolis ordinati, & aliam ab eis acceperunt ordinationem, vt asserit Gregor. Nyssenus. libro de vita Mosis vbi septuaginta discipuli dicuntur ἔξω τῶν δώδεκα μαθητῶν ἐπιχειροτονηθέντες, id est, *extra, vel post duodecim discipulos ordinati.* Aliqui tamen dicunt Iacobum illum non fuisse Apostolum.

Apostoli verò ante ordinationem Episcopalem, licet essent Apostoli, non ordinabant presbyteros, necdum enim eis data erat ea potestas, sed tantum vt infirmos curarent, mortuos suscitarent, leprosos mundarēt, dæmones eiicerent, & prædicarent quod appropinquauit regnum cœlorum. Matthæi 7.& 8. quod etiam 72 discipulis concessit & præcepit Christus Lucæ 10. 9. ideo rectè Gregor. Naz. orat.44. ait Sp. Sanctū trifariam, & tribus temporibus vim suam exercuisse in Apostolis, 1. ante passionem, 2. post passionem, per diuinam insuffla-

tionem 3. post ascensionem per ignearum linguarum diuisionem in tantum vt S. Dionys. de Eccles. hierar. c. 5. & S. Maximus dicant per missionem illam Spiritus sancti, ordinatos fuisse Apostolos.

Sic ordinati à Christo Apostoli, post Ascensionem Domini, elegerũt Matthiam vnum ex discipulis in locum Iudæ ad Episcopatum seu ministeriũ Apostolatus: Et ex discipulis etiam, teste Epiphanio, elegerunt 7. Diaconos Act. c. 6. Ex quibus qui non erant ordinati Episcopi baptizabant tantum in nomine Iesu Christi, & prędicabant, sed non imponebãt manus vt darẽt Spiritum sanctum, vt de Philippo Diacono dicitur Act. c. 8. qui etiam baptizauit Eunuchum dicto c. 8. his verò quos baptizauit Paulus, manus quoque imponebat, vt illis de 12. quibus agitur Act. c. 19.

Aliqui autem discipuli ordinati etiam sunt Episcopi ab Apostolis, vnde Act. c. 13. dicuntur Prophetæ & Doctores & ep. 1. ad Corinth. c. 12. eandem gratiam cum Apostolis consecuti. Illi enim de quibus agitur in dicto c. 13. Act. manus imposuerunt Paulo & Barnabæ, qui erat vnus ex discipulis; & dicuntur *ordinati ab Ecclesiis* ep. 2. ad Corinth. c. 8 19. Et ita ex iis aliqui non erant ordinati, vt Paulus & Barnabas, alij erant ordinati & manus aliis imponebant vt Niger, Lucius & Manahen Act. c. 13 qui si ordinati non essent, non possent alios ordinare: *neque enim*, vt ait Hilarius Diaconus sub nomine Ambrosij, *fas erat aut licebat vt inferior ordinaret majorem, nemo enim tribuit quod non accepit; δεῖ γὰρ ἕτερον εἶναι παρὰ τὸ πληροῦντα τὸ πληρούμενον.* id est, *aliud enim esse debet, & qui complet & perficit, ab eo qui completur & perficitur*: nec oportet *κατατολμᾶν τῶν μειζόνων·* i. *temere quæ sunt maiorum assumere.*

Statim verò atque ordinati fuerunt Paulus & Barnabas, illi etiam alios ordinauerunt eodem modo quo ipsi ordinati fuerant *χειροτονήσαντες πρεσβυτέρους κατ' ἐκκλησίαν, προσευξάμενοι μετὰ νηστειῶν.* i. *constituentes per manus im-*

CAP. I. *positionem presbyteros, & orantes cum ieiunationibus.* **Act. 14. Illi enim erant ordinati per manuum impositionem Actor. c. 13. vt testatur etiam Paulus 2. ad Corinth. c 8.** 19 his verbis *misimus etiam cum illo fratrem, cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias non solum autem;* ἀλλὰ καὶ χειροτονηθεὶς ὑπὸ τῶν ἐκκλησιῶν συνέκδημος ἡμῶν. i. *sed & quia ordinatus est ab Ecclesiis comes peregrinationis nostræ.* Et ita Paulus Epistola ad Titum capite primo scribit se reliquisse eum Cretæ vt constitueret presbyteros. scilicet per manuum impositionem nisi aliqui essēt etiam ἀπολελυμένως consecrati, licet non vtatur verbo χειροτονίας, sicut nec Actor. 20. vbi dicit attendite vobis & vniuerso gregi, ἐν ᾧ ὑμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο ἐπισκόπους i. *in quo vos Spiritus S. posuit Episcopos.* Sed eo vtitur ep. 1. ad Timoth. c. 4. 14. *noli negligere gratiam quæ quæ in te est, data est tibi per prophetiam cum impositione manum presbyterij*, quæ verba non ita accipienda sunt, vt Timotheus sit ordinatus à presbyteris, vt somniant Aduersarij, sed tantum in presbyterio, & cum presbyteris, seu in Ecclesia: & irreligiosi sunt erga ipsum Paulū, qui diuina aliqua prouidētia illa verba aliis verbis reddidit & exposuit, ep. 2. ad Tim. c. 1. 6. Et dixit se ordinasse manibus suis Timotheum, *propter quam causam admoneo te, resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum*, ex quo manifestum fit verum esse quod ait Isidorus Pelus. libro 3. ep. 342. λανθάνουσιν αἱρετικοὶ δι' ὧν κατασκευάζουσι διὰ τούτων ἁλισκόμενοι, καὶ δι' ὧν νικᾶν οἴονται, διὰ τούτων λαμπρῶς ἡττώμενοι. i. *non animaduertunt hæretici per ea ipsa, quæ astruunt se irretiri ac per ea ipsa, per quæ se vincere arbitrantur, perspicue vinci.* quod cum ita sit, exclamet Melicerta, periisse frontem de rebus, deinde paulus manibus suis ordinauit non presbyterium totum, quia vnus est qui proprie ordinat licet multi sint. Chrys. in Acta c. 5. Homil. 13. τοῦτο γὰρ ἡ χειροτονία ἐστὶν, ἡ χεὶρ ἐπίκειται τοῦ ἀνδρὸς, τὸ δὲ πᾶν ὁ Θεὸς ἐργάζεται, καὶ ἡ αὐτοῦ χεὶρ ἐστιν ἡ ἁπτομένη τῆς κεφαλῆς τοῦ χειροτονουμένου ἐὰν ὡς δεῖ χειροτονῆται. i. *Hoc enim est* χειροτο-

ria, seu ordinatio, manus homini imponitur totum autem Deus operatur, & illius est manus, quæ caput contingit illius qui ordinatur, si quemadmodum oportet ordinetur. Et S. Dionysius de Eccles. hierarch. c. 5. CAP. I.

An vero omnes Presbyteri, quos ordinarunt Apostoli, vel de quibus mentio est Actorum cap. 13. 14. & 15. & ad Titum cap. 1. & ad Timoth. Epist. 1. fuerint tantum Presbyteri, vel Presbyteri & Episcopi simul, difficile est iudicare, tamen probabilius est eos quos Paulus & Barnabas dicuntur constituisse in singulas Ecclesias fuisse tantum Presbyteros, nulla enim ibi proponitur ciuitas in qua constituantur. Item eos de quibus agitur Act. cap. 15. vbi distinguuntur ab Apostolis. Item eos de quibus Paul. ait Ep. 1. ad Timoth. cap. 5. vers. 17. *qui bene præsunt Presbyteri duplici honore digni habeantur, maximè qui laborant in verbo & doctrina*, & versu 19. *aduersus Presbyterum accusationem noli percipere, nisi sub duobus aut tribus testibus*, & cum præscribit ei generaliter, vers. 22. *Manus cito nemini imposueris.* Loquitur enim ibi Paulus tanquam de Presbyteris eis subditis quos præmio & pœna afficere possit. Nam si dicamus eos fuisse plusquam Presbyteros, nempe Episcopos, inde sequetur Timotheum non fuisse tantum Episcopum, sed Archiepiscopum, & Paulum Patriarcham, & reperientur tres gradus maioritatis inter eos. Et idem dicendum erit de Presbyteris quos iussus est à Paulo Titus in insula Creta constituere: & sane non est à ratione alienum plures ex Discipulis fuisse Presbyteros & Episcopos propter ordinationes quæ frequentes erant in Ecclesia, & propter missiones ad diuersas regiones faciendas, vt apparet ex Actis cap. 13. vbi oportuit ordinari Paulum à Discipulis Apostolorum qui ibi recensentur. Non solum autem per Episcopos, sed etiam per Presbyteros solos poterant regi multæ Ecclesiæ maximè initio nascentis Ecclesiæ, erant enim quædam ciuitates quæ cum in eis non esset multitudo fidelium, & nondum

CAP. I. reperirentur Presbyteri qui in eis constituerentur, donec tales reperiri possent, contenti erant solo Episcopo & Diacono, cùm ad eas primum missus fuisset Episcopus, aliæ vero quæ cùm primum missus esset ad eas Presbyter, vbi nullus repertus erat dignus Episcopatu manebant sine Episcopo, vt recte monet S. Epiphanius hæresi Ærij 75. cuius verba postea dabimus suo loco. Et in hanc sententiam Balsamo dicebat, etiam in Ecclesiis Orientalibus à Saracenis vastatis, & in quibus fuerant antea Episcopi, si pauci supersint in eis Christiani non esse denuò cõstituendos episcopos can. 57. Synodi Laodicenæ, *quocirca* (ait) *in Ecclesiis Orientalibus in quibus non admodum multi inueniuntur Christiani, Episcopos eligi tutum non est.* Et hæc est ratio propter quam non oportet in vicis & pagis Episcopos constitui, dicto Can. 57. & Can. 6. Synodi Sardicensis.

Igitur Presbyteri possunt interim regere Ecclesias, donec in eis Episcopus constituatur Celerinus Epist. ad Lucũ. Apud Cyprianum. *Præceperunt præpositi tantisper sic esse donec Episcopus constituatur.* Et Epiphanius hæresi 42. Marcionistarum, post narratam historiam Marcionis, qui à patre suo Episcopo propter stuprum cum virgine ab Ecclesia eiectus, venit Romam & mortuo Hygino, Presbyteros Cleri sollicitauit, vt sedem illam occuparet, ait, ab iis ne quidem in communionem admissum fuisse, & petenti rationem, dixisse se non posse aliquid facere sine procuratione & mandato patris sui, vnam siquidem esse fidei confessionem, neque aduersari patri suo, καλῷ συλλειτουργῷ quæ vox non æquat illos Presbyteros Episcopo. Nam & in Can. 13. Synodi Neocæsar. Chorepiscopi dicuntur συλλειτουργοὶ Episcopi. Et in Synodo Antiochena contra Paulum Samosatenum Episcopi Presbyteri & Diaconi vocantur συλλειτουργοὶ apud Euseb. lib. 7. cap. 3. Nam generaliter λειτουργός, ὑπηρέτης Hesychio. Et Clemens Alexand. lib. 3. strom.

cõiunxit λειτουργίαν, & διακονίαν; ἔχει γὰρ ὥσπερ ἡ εὐνουχία, οὕτω καὶ ὁ γάμος ἰδίας λειτουργίας, καὶ διακονίας, id est, *habet enim sicut Eunuchismus, ita etiam matrimonium sua munera & ministeria*, & lib. 6 dixit τῶν λειτουργῶν διακονίας. Et Paulus etiam Ep. ad Hebr. c. 1. 10. 14. sicut & Chryso. de virginitate c. 49. λειτουργεῖν τῇ σαρκὶ, id est, *seruire corpori*. sed λειτουργεῖν est maxime publicam munus curare, τὸ εἰς τὸ δημόσιον ἐργάζεσθαι. Vnde & in Ecclesia significat omne officium & ministerium Ecclesiasticum seu diuinum, Ecclesiastici cap. 7. & Lucæ 1. ad Heb. 9. & ad Philipp. 2. Et Theodoretus in Historia Religiosa, etiam preces & psalmos Simeonis prisci, cap. 6. & alterius Simeonis cap. 26. vocat Liturgiam, τὴν θείαν λειτουργίαν.

Et Ferrandus reffert in Can. 23. statutum fuisse in Synodo Macriensi, vt qui neglexerint recipere Episcopum, maneant sine episcopo donec Episcopum petant: *vt interuentores Episcopi conueniant plebes quæ Episcopum non habent, vt Episcopum accipiant, quod si accipere neglexerint remoto interuentore sic remaneant quandiu sibi Episcopum quærant.* Et videri potest in collatione 1. c. 198. & 199. & alibi passim Presbyteros rexisse Ecclesias Episcopales. Et Theodoretus refert l. 4. Hist. Eccles. Barse Episcopo Edessæ in exilium misso à Valente, Presbyteros & Diaconos rectores & præsides fuisse Ecclesiæ, quos ideo vocat ἡγουμένους. Et Episcopi in administratione Ecclesiæ & ordine gerendorum negotiorum maxime vtebantur opera primi Diaconi, & ita in epistola Constantini Miltiadi & Marco nihil mutandum; scripta enim est Miltiadi & Marco, qui erat Diaconus, vt recte primus exposuit clarissimus & doctissimus vir Franciscus Bosquetus, male enim emendarunt hunc locum Baronius & Petitus: quòd que illi Diaconi prouiderent Ecclesiis ostendit Ep. Theodoreti, 118. Archidiacono Romano. Ita tamen Presbyteri regebant Ecclesiam vt nullam in ea præsumerent ordinationẽ, vt rescribit

Cap. I. Gregor. Magnus l. 11. Epist. 7. Presbyteris Ecclesiæ Lugdunensis, cum Ætherius eius Episcopus propter grauem passionem capitis non posset administrare Ecclesiam, quibus mandat vt eligant aliquem probabilem Presbyterum, vt regat Ecclesiam, sed ita vt ordinationes fiant ab aliquo alio Episcopo.

Maneat igitur Presbyteros & Episcopos differre saltẽ iure ordinationis, vt ostendemus ex Theodoreto, Chrysostomo & Epiphanio. Nam cum hęc duo separatim data sint Apostolis, potuerunt quoque separi & cõiungi in vna vel diuersis personis, nam & videmus separari Apostolos à Presbyteris Act. 15. *Suscepti sunt, ait, ab Apostolis & Presbyteris. Item conuenerunt Apostoli & Presbyri*, item, *placuit Apostolis & Presbyteris.* Et Iudas si fuit Presbyter, non fuit saltem Episcopus, licet dicatur de eo: *Et Episcopatum eius accipiat alter.* Hoc enim intelligitur de Episcopatu quem sortiri debebat si in fide mansisset. Et Theodoretus Ep. 1. ad Tim. 1 cap. 3. vers. 1. fatetur aliquando Apostolum loqui de Presbyteris proprie sumptis, *sed tamen*, inquit, *etiamsi Presbyteris ista constituit diuinus Apostolus, clarum est quod has leges oportet primos seruare Episcopos qui maiorem dignitatem sortiti sunt.* Quare cùm loquitur de Presbyteris primũ, & deinde de Episcopis, hoc facit vt ostendat non solos Presbyteros his legibus teneri, sed etiam Episcopos.

Sed & si possint separari, vt aliquis possit esse Presbyter qui non erit Episcopus, contra verò Episcopus non potest esse qui non sit Presbyter, nam in Episcopo Presbyter continentur, vt ait Hieronym. etiam ipse ep. ad Euagrium, *In Episcopo*, ait, *& Presbyter continetur, qui prouehitur de minore ad maius prouehitur*, &c. Et refertur Can. 24. dist. 93. & Hilarius ille quem esse Ambrosium male creditum est in 1. Timoth. 3. *Post Episcopum*, ait, *Diaconi ordinationem subijcit, quare, nisi quia Episcopi & Presbyteri vna ordinatio est; vterque enim Sacerdos est, sed Episcopus primus est, vt omnis Episcopus Presbyter*

Presbyter sit, non omnis Presbyter Episcopus: hic enim Episcopus est qui inter Presbyteros primus est denique Timotheum, CAP. I. *ordinatum significat, sed quia ante se alterum non habebat, Episcopus erat, vnde & quemadmodum Episcopum ordinet ostendit, neque enim fas erat, aut licebat vt inferior ordinaret maiorem, nemo enim tribuit quod non accepit.* Verum quidem est atque inter omnes constat Presbyterum esse Sacerdotem etiam ex sententia Hieronymi epist. 1. *Ad Presbyterorum preces Christi corpus & sanguisque conficitur, sacerdotes Apostolico gradui succedentes (1. minores vno gradu) Christi corpus sacro ore conficiunt.* Et Sidon. Apollinar. lib. 4. epist. vltima, vocat Presbyterum, *secundi ordinis Sacerdotem.* Et Vigilius Papa epist. ad Auxanium Arelatensem, qui ex presbytero factus erat Episcopus, dicit eum *ex sequenti ordine Sacerdotij prouectum ad Pontificalis apicem dignitatis.* Et in Concilio Aruernensi cap. 13. Presbyteri & Diaconi qui non seruāt continentiam, dicuntur *clarum decus Sacerdotij violasse.* Et in Can. 13. Synodi Const. 1. & 2. Presbyter depositus, dicitur *omni Sacerdotali honore priuari*, quomodo apud Theodoretum lib. 1. Hist. cap. 1. Alexander Episcopus Alexandrinus, deposuit Arium Presbyterum, καὶ τῶν ἱερατικῶν ἐξήλασε καταλόγων, id est, *ex Sacerdotali gradu deiecit.* Et denique promotiones omnes etiam clericorum, censentur promotiones ἱερωσύνης, id est, *Sacerdotij* in Can. 14. Synodi 7. generalis, & Optatus etiam posuit Diacones in tertio Sacerdotio.

Et inde factum est, vt sæpissime in Ordinibus Ecclesiæ generaliter recensendis fiat tantum mentio Sacerdotum & ministrorum; Hilarius enim Pictauiensis, in psalmo 114. duplex tantum officium ait in Ecclesia, Sacerdotij scilicet & ministerij; sed cum mētio fit Sacerdotum & Leuitarum tantum, per Sacerdotes intelliguntur tam Episcopi, quàm Presbyteri, vt in Concilio Valentino. cap. *Vt Sacerdotes & Leuitæ, si de se crimen aliquod confiteantur, deponantur.* Et in Agathensi cap. 55. *vt Sacerdotes & Leuitæ canibus ad ve-*

CAP. I. *nandum non vtantur.* Et confirmatur apertiſſimè, nam ipſi plerumq; authores, qui ita generaliter loquuti ſunt de Sacerdotibus, & de Miniſtris, poſtea in eodem contextu & ſerie orationis, ſubdiuiſerunt Sacerdotes, in Epiſcopos & Presbyteros, vt Origenes Numeror. cap. 2. homilia 2. *Putaſne*, ait, *qui Sacerdotio funguntur, & in Sacerdotali ordine gloriantur ſecundùm ordinem ſuum incedunt, & agunt omnia quæ illo ordine digna ſunt? ſimiliter autem & diaconi, putas ſecundum ordinem miniſterij ſui incedunt & vnde eſt quod ſæpe audiuimus blaſphemare homines, & dicere ecce qualis Epiſcopus, aut qualis Presbyter, vel qualis diaconus, non ne hæc dicuntur, vbi vel Sacerdos, vel miniſter Dei viſus fuerit in aliquo contra ordinem ſuum venire, & aliquid contra Sacerdoatlem, vel Leuiticum ordinem gerere.* Idemque homilia 2. in Cantica, diuidit ordinem Eccleſiaſticum in Epiſcopos & Presbyteros, & ita loquitur de Regina Saba; *Vidit & ſedem puerorum eius, Eccleſiaſticum puto ordinem dicit, qui in Epiſcopatus, vel Presbyterij ſedibus habetur, vidit & ordinationes, ſiue ſtationes miniſtrorum eius, diaconorum vt mihi videtur ordinem memorat aſtantium diuino myſterio.* Et Clemens Alexandrin. lib. 6. Stromatum poſtquam loquutus eſt initio de Presbytero & Diacono, poſtea addit quod ſi Presbyter non fuerit prima ſede honoratus ſedebit aliquando in quatuor & viginti thronis populos iudicans, & ſubiungit eſſe in Eccleſia progreſſiones Epiſcoporum, Presbyterorum & Diaconorum προκοπαὶ ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων, διακόνων. Et deinceps per Presbyterum, κατὰ προκοπὴν δόξης intelligit Epiſcopum.

Cum ergo Presbyteratus ſit portio Sacerdotij, & Presbyteri ſint Sacerdotes, non eſt mirum ſi Epiſcopi nihil faciebant ſine conſilio Presbyterorum, vt de ſe multoties fatetur Cyprianus in epiſtolis, & Nouatianus damnatus in Synodo Romana Epiſcoporũ, Presbyterorum & Diaconorum apud Euſeb. lib. 6. c. 43. Vnde tunc dicebatur *contrahi Presbyterium*, vt à Cor-

nelio apud Cyprianum. *Omni actu ad me perlato placuit contrahi Presbyterium:* & à Syricio epist. 2. *Facto ergo Presbyterio constitit doctrinæ nostræ, id est Christianæ legi esse contraria.* Quare Presbyteri dicuntur præsidere, etiam cum Episcopo. Cyprian. epist. ad Cornelium de Fortunato & Felicissimo. *Quamquam sciant. &c. Florentissimo illic Clero tecum præsidenti, & sanctissimæ atque amplissimæ plebi legere te semper literas nostras.* Et libro primo de lapsis, & alibi, sæpe vocat præpositos, non solum Episcopos, sed etiam Presbyteros, quemadmodum Tertullianus appellat *Episcopos, Presbyteros & Diaconos authores, duces & præpositos,* & quod ait de præsidentibus Apolog cap. 59 & lib. 1. ad vxorem cap. 7. & de corona cap. 3. conuenit tam Presbyteris quàm Episcopis. Sicut προεστὼς apud Iustinum in apologia: & vtrique præsidēt, quia vtriq; sunt Sacerdotes. Nam generaliter Sacerdotium vnum est, sed quod in duas species distinguatur, in Episcoporum & Presbyterorum Sacerdotium, sicut populus Romanus vnus est, sed quod diuiditur in Senatum & plebem: præsident inquam, sed suo modo, nam & S. Chrysost. lib. 6. cap. 3. de Sacerdotio præpositos Monachorum vocauit, προεστάτας καὶ ἡγουμένους, id est, *præfectos & præpositos,* & Synodus Laodicona in Canone 11. vocat Presbyteras προκαθημένας *præsidentes.* Item, ita præsunt Presbyteri, & ducunt alios, vt ipsi Episcopi sint duces eorum. Cyrill. lib. de adoratione in spiritu & veritate lib. 13. ἐπισκόποις μὲν γὰρ ἅτε δὴ τό τε καθηγεῖσθαι λαχοῦσιν καὶ μὴν τοῖς ἐπὶ τὴν μείω βλέπουσι τάξιν, πρεσβυτέροις δέ φημι πεπίστευται τὸ θυσιαστήριον· id est, *Episcopis enim, vt pote qui præposituram sortiti sunt, nec non etiam iis qui minorem gradum gerunt, presbyteris inquam concreditum est altare.*

Conueniunt etiam Presbyteri & Episcopi in ratione vitæ & officio prædicationis, in forma & instituto ac proposito vitæ quia Presbyteri tales esse debent quales Episcopi; quia etiam in superioribus Cathedris sedent cum eis, vt ait Balsamo in Can. 58.

CAP. I. apostolor. Et S. Basilius in moralibus, regula 71. cap. 1. ostendit ex variis scripturæ locis de Presbyteris & Episcopis præcepta quæ ad mores pertinent coniunctim dari, vt quod sint irreprehensibiles, vigilantes, sobrij, modesti, hopitales, &c. 1. Timoth. cap. 13. & ad Titum cap. 1. Et ita hanc regulam tradit, ὅσα κατὰ συνάφειαν εἴρηται περὶ ἐπισκόπων, καὶ πρεσβυτέρων., id est *quæcunque coniunctim præcepta sunt de Episcopis & Presbyteris*. Et Gregor. Nazian. orat. 1. *Quis est*, inquit, *qui si ad Canones & præcepta Pauli seipsum dirigat, quæ Paulus de episcopis & presbyteris constituit, nempe vt sobrij & pudici sint, non vinolenti, non percussores, ad docendum idoneá, irreprehensibiles*, &c. In verbi quoque prædicatione conueniunt Presbyteri cum Episcopis, nam etiam Paulus ait epist. 1. ad Timoth. cap. 5. duplici honore Presbyteros esse dignos, qui laborant in sermone & doctrina. Et œcumenius eadem epist. 1. *quam ob causam*, inquit, *Presbyteros prætermisit, quia episcopos ipsos permiscuit, nam quæ dixit de episcopis hæc etiam aptat Presbyteris, si quidem & ipsi similiter* ἱερεῖς τέ εἰσι, καὶ διδασκαλίαν εἰσὶ πεπιστευμένοι, id est, *sunt Sacerdotes, & docendi munus sibi creditum habent*. Et prædicare debent per parrochias ex Concilio Vasensi 2. cap. 2. & olim mittebantur in alias regiones, vt docerent populum, vt refert Balsamo in dicto Can. 36. Apostolorum. Et in hoc præcipuè præsunt populis, vt habetur in Concilio Aquisgran. 2. cap. 3. Can. 5. de officio Presbyterorum. *Presbyterorum vero, qui præsunt Ecclesiæ Christi, & in confectione diuini corporis & sanguinis consortes cum Episcopis sunt, ministerium esse videtur, vt in doctrina præsint populo, & in officio prædicandi*.

Ac neque illa communitas inter Episcopos & Presbyteros, quæ consistit vel in regimine & cura Ecclesiarum, vel in sanctitate vitæ, excludit maioritatem & obedientiam, quæ inter eos & nunc est, & semper fuit; maxime propter ordinationem. Nam oportet, τιμᾶσθαι τοὺς χειροτονήσαντας ὑπὸ τῶν χειροτονηθέντων, id

est, *eos qui ordinant honorari ab ijs qui ordinati sunt*, vt ait Balsamo in Can.33. Apostolorum, Episcopi autem ordinant Presbyteros, vt postea dicemus in corpore huius tractatus ex Epiphanio hæresi Aerianorum, numero 4. & ex alijs. Et sunt veluti Patriarchæ illorũ, nam Patriarchas dicimus τοὺς πρεσβύτας ex Chrysostomo in Acta c. 7. homilia 16 Et Gregorius Nazianz. orat. 20. appellat patrem suum nouum Abraham & Patriarcham, τὸν νέον Ἀβραὰμ καὶ πατριάρχην ἡμέτερον τὸν ἐμὸν πατέρα. Denique hæc est vita inter eos ἀκολουθία.

Nec obstat etiam quod Apostoli, & successores Apostolorum, vocarent se aut vocarentur Presbyteri, eligebant enim id quod minus erat in eis propter humilitatem, Oecumenius in epistola 1. Petri c.5. qui se compresbyterum dixit, ait, ὅτι ταπεινοφροσύνης ἕνεκεν συμπρεσβύτερον ἑαυτὸν λέγει id est, *& quod modestiæ causa seipsum vocet symbresbyterum.* Sicut nostri Martyres Viennenses & Lugdunenses apud Eusebium lib. 5. c. 2. qui pro fidei confessione acerba tormenta perpetierunt, bestiis obiecti, & ab iisdem postea ablati, ignito ferro exusti, vibicibus liuidi, vulneribusq; vndique inflictis lacerati, non tamen seipsos martyres prædicabant, neque cuiquam copiam faciebant illos eo nomine appellandi, sed quisquis eos vel per litteras, vel per sermonem, vt martyres forte salutauisset, eum grauiter reprehendebant, illamque reseruabant appellationem Christo vero martyri, vel iam mortuis martyribus, & dicebant se esse humiles Christi nominis confessores, ἡμεῖς δὲ ὁμόλογοι μέτριοι καὶ ταπεινοί, licet essent veri martyres: nam similiter Apostoli & Apostolici viri reseruabant Christo nomen Episcopi, dicitur enim Episcopus noster epist. 1. Petri cap. 2. 25. *eratis enim sicut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem & Episcopum animarum vestrarum.* Nec Paulus Episcopi titulũ tribuit Timotheo aut Tito, & Ignatius etiam nomen Episcopi reticet in suis epistolis, & mentione tantum facta Ecclesiæ suæ addit, *Cuius vel*

CAP. I. *vnde non ſum dignus vocari*: Nec additur Epiſcopus. Et propterea Ioannes epiſtola 3. damnat in Diotrephe non πρωτεύειν, ſed φιλοπρωτεύειν. Nam œconomia Eccleſiæ id requirit, vt aliquis præſit. καὶ ἔδει πάντας οὐχ ὁμοτίμους εἶναι, ἀλλὰ τὸν μὲν ἄρχειν τὸν δὲ ἄρχεσθαι, καὶ τοῦτο οἰκονόμικον· Chryſoſtom. in Acta Apoſtol. cap. 16. vbi loquitur de temporibus Apoſtolorum. Et Epiſcopus eſt quidem maior, ſed ſe ita gerere debet, quaſi eſſet minor, vt Pius, 1. monuit Iuſtũ Viennenſem epiſt. 4. *Presbyteri*, ait, *& diaconi, non vt maiorem, ſed vt miniſtrum Chriſti te obſeruent.* Quaſi dicet, licet ſis maior, noli illis videri maior, nam & Chriſtus dicebat, non veni miniſtrari, ſed miniſtrare.

Porro etſi non conſtaret quid factum ſit in Eccleſia in primis centum quinquaginta annis, cum aduerſarij fateantur circa tempora illa cœpiſſe diſtingui ordines Epiſcopi & Presbyteri, nec tamen appareat, quando vel quomodo facta ſit illa diſtinctio, ex regula S. Auguſtini id referendum eſſet ad Apoſtolicam traditionem, multorũ enim quæ in facto conſiſtebant forma, vel ratio, non tradebatur litteris, ſed in vſu ſolo res verſabatur, vt docet S. Baſil. lib. de Spiritu ſancto ad Amphilochium c. 27. Nec refert quod poſtea hæc in ſcripta redacta ſint, nam cum cœperint à traditione & conſuetudine, ſeu à iure non ſcripto, etiam ſcripta retinent nomen iuris non ſcripti; eſt enim traditio vel conſuetudo ſcripta & non ſcripta, vt loquitur Demetrius Chomatenus ad Conſtantinum Cabaſilam in iure Græco Romano reſponſione prima.

Neque vera eſt ſententia pſeudo Ambroſij, ſeu Hilarij Diaconi, dicentis, *quia primum Presbytori Epiſcopi appellabantur, vt recedente vno ſequẽs ei ſuccederet, ſed quia cœperunt ſequentes Presbyteri indigni inueniri ad primatus tenendos immutata eſt ratio proſpiciente Concilio, vt non ordo, ſed meritum crearet Epiſcopum multorum Sacerdotum iudicio conſtitutum.* Nam hic ordo eligendi ſem-

per seruatus est ab Apostolis, in electione Mathiæ & Diaconorũ. Item constitutus est à paulo Timotheus Ephesi, & Titus in Creta. Et Irenæus testatur lib. 3. cap. 3. *Habemus ad numerare eos qui ab Apostolis constitunt Episcopi ab Ecclesijs & successores eorum.* Et ante illum Clemens Ep. ad Corinth. ait, *Constitutos ab Apostolis, vel deinceps ab alijs viris celebribus Episcopos, cùm consensu vniuersæ Ecclesiæ qui inculpate ouili deseruierunt, cum humilitate, quiete, & absque omni sorde & turpitudine, quique longo tempore ab omnibus testimonium præclarum reportarunt.* Hæc enim aliena sunt ab imaginaria illa Hilarij successione, & Timotheus iuuenis constitutus est Episcopus à Paulo, vnde Epist. 1. ad Timoth. scribit ei cap. 4. *Nemo adolescentiam tuam contemnat.* Et Epist. 2. cap. 2. *Iuuenilia autem desideria fuge.* Et Ignatius in Epist. ad Magnesios, commendat Presbyteris suum Episcopum, licet esset iunior, & monet ne abutantur eius ætate, quidquid dicant aduersarij, vt postea ostendemus: hæc autem epistola est inter veras Ignatij Epistolas, vt dicemus postea. Et S. Cyprianus iam Neophitus electus est, sine querela vlla Presbyterorum, vt refert Pontius Diaconus in eius vita, hoc ait, *abitror satis esse quod iudicio Dei & plebis fauore ad officium Sacerdotij, & Episcopatus gradum adhuc Neophytus, & vt putabatur nouellus electus est*: nam licet addat, *non præterea illud eximium quemadmodum cùm in dilectionem eius, & honorem totus populus inspirante domino prosiliret, humiliter ille secessit antiquioribus cedens, & indignum se titulo tanti honores existimans, vt dignus magis fieret.* hoc pertinet ad eius humilitatẽ & modestiam iuuenilis ætatis. Et frustra Marcion venisset Romam vt ambiret sedem Apostolicam mortuo Hygino, si antiquiori Presbytero debita fuisset, teste Epiphanio in eius hæresi, nec toties Apostolica sedes diu vacasset, si proximus Presbyter debuisset succedere: quin etiam saltem tẽporibus Cornelij facto quodam nouo statuto Romæ primus Diaconus potius aspira-

Cap. I. bat ad Pontificatum, quàm primus, aut alius Presbyter, si credendum Eulogio apud Photium lib. 6. vbi ait, *fuisse tunc institutum in Ecclesia Archidiaconum mortuo Episcopos in Episcopatu illi facta manuum impositione subrogari*; & cum tunc Nouatus esset primus Diaconus & posset succedere. Idem Eulogius addit, *Cornelium diuina inspiratione, cum eum videret nouis rebus studētem, & imperiū affectantem indignū tali dignitate, inter Presbyteros ordinasse, & viā illi ad Pontificatū Romæ omnino præclusisse.* Quare licèt aliquādo hic honos deferretur senioribus, vt delatus est Eulogio primo Presbytero mortuo Barse Edesseno Episcopo, referente Theodoreto lib. 4. c. 15. Historiæ, & Ioanni Chrysostomo etiam principi Presbyterorum Antiochiæ, qui tamen illum recusauit teste eodem Theodoreto lib. 3. cap. 14. Non tamen semper, nec propter solam prærogatiuam ætatis: sed magis inspiciebatur quinam prudentia & & moribus senes viderentur, exemplo Abrahami, qui dictus est senior & presbyter, non propter ætatem cum multi ante diutius vixerint, sed propter prudentiam, vt recte ostendit Basilius Esaiæ cap. 3. *Si quis enim*, ait, *fuerit ad exemplū sapientis illius Danielis corporè quidem iuuenculus, canus vero sensu, vtique iustius præferendus venit istis qui in proposito flagitiosæ vitæ consenscentes canitiem ostentant corporis, vt seniores illi in Babylone, inueterati dierum malorum, & ad Danielem adhuc puerulum qui per sensibilem ætatem erat iunior, at intelligibili prudentia canus, transierat domum Presbyterij: Ad hunc modum nonnunquam contigit inueniri adolescentes honoris gratia anteponendos istis senioribus qui negligenter vitam traducunt.* Et quod idem Hilarius, ait hunc ordinem eligendi constitutum prospiciente concilio, sine ratione hoc dicit, nam nullum tale Concilium de ea re extitit, & causa meriti & electionis fuit semper perpetua.

Et hæc nobis tantum præfantibus sufficiant, nam de his postea plenius agemus, & de Autocephalia, & patriarchis

Patriarchis Ecclesiæ, planeque constabit, quòd olim à patribus obseruatum est, eos omnes qui tuentur partes hæreticorum semper pauca aduersus plura, & incerta aduersus certa defendere, relictoq; splendore, & tenore perpetuo scripturarum, esse totos in falsis consequentijs, aut ludere in æquiuocis, arripere enim aliquid obscurum, cuius occasione aduersus veritatem & communem sensum, & consensum totius Ecclesiæ argumententur; cùm oporteat secundum plura & clara, intelligi pauciora & obscuriora.

CAPVT II.

PRima ergo quæstio est de Episcopis & Presbyteris, an ex prima institutione & temporibus Apostolorum eundem gradum & ordinem fecerint, an vero Episcopus fuerit gradu & dignitate superior Presbytero, quod negant alienæ communionis homines, asseruntq; eos pari potestate fuisse institutos in Ecclesijs, & ita Episcopum & Presbyterum duo esse tantum nomina, vnius officij & administrationis, & aliis id genus plures paginas complent. Atque ad causam suam venire volunt scripturam sacram, quæ tamen non venit, eadem enim manu accipienda, & eodem spiritu legenda & intelligenda est, quo fuit tradita, nec Prophetam capere quis possit cui spiritus idem qui prophetauit, sermonum eius non dederit intelligentiam, à quo illi longè abierunt.

In primis autem loci scripturæ, qui apud eos dubitabiles videntur, hîc ordine reponendi, & qui ex iis inter se conueniunt, coniungendi ac componendi sunt, vt iis patefactis & illustratis, quid actum sit ab initio, vel ex tempore Discipulorum Christi, nemo ignorare, & de iis nemo nisi opiniosissimus dubitare possit. Illi vero, vel ex epistolis Pauli, vel Petri, vel Ioannis, tantum sumuntur.

Paulus epist. ad Philippenses, in eius inscriptio-

CAP. II ne, scribit sanctis qui Philippis, Coepiscopis & Condiaconis, nulla mentione facta Presbyterorum, quasi nomine Episcoporum intelligantur & Presbyteri. Et Epist. 1. ad Timoth. cap. 3. idem Paulus, docet pariter qualis debeat esse Episcopus, & quales Diaconi, etiam omissis Presbyteris.

Contra vero in Actis Apostolorum cap. 20. Paulus vocauit à Mileto Presbyteros quos postea appellat Episcopos, & in epist. ad Titum cap. 1. Paulus mandat Tito, vt constituat Presbyteros, quos eodem loco vocat Episcopos.

Imo ipsi Apostoli se vocitant, & vocitantur Presbyteri. Nam B. Petrus epist. 1. cap. 5. vocat se Compresbyterum, & B. Ioannes epist. 2. & 3. Presbyterum. Et in Actis cap. 11. per presbyteros ad quos missi sunt Barnabas & Saulus intelliguntur Apostoli, sicut cap. 21. cùm dicitur, introibat Paulus ad Iacobum, omnesque collecti sunt Presbyteri.

Hi sunt præcipui loci qui faciunt difficultatem, & ex quibus aduersarij sumunt exempla, & argumenta ad concludendum, presbyteros & episcopos, temporibus Apostolorum fuisse eiusdem ordinis & potestatis ministros; & in scholis negaretur consequentia, nec enim ex his quæ sumuntur, efficitur, vt id consequens sit, nec patres veri interpretes scripturæ ex illis locis id colligunt, sed tantum inferunt, & declarant nomina Episcopi & Presbyteri fuisse tantum communia, & vtrumque nomen fuisse de vtrisque promiscue prolatum, manente semper ordinum distinctione, ita Chrysostomus, Theodoretus & alij, ipsos audiamus, attente & bona mente, illi enim infenso atque inimico animo nihil dicent.

B. Chrysostomus in cap. 1. ad Philippenses sic scribit, συνεπισκόποις καὶ διακόνοις, τί τοῦτο; μιᾶς πόλεως πολλοὶ ἐπίσκοποι ἦσαν, οὐδαμῶς· ἀλλὰ τοὺς πρεσβυτέρους οὕτως ἐκάλεσε· τότε γὰρ τέως ἐκοινώνουν τοῖς ὀνόμασι, καὶ διάκονος ὁ ἐπίσκοπος ἐλέγετο, διὰ τοῦτο γράφων καὶ Τιμοθέῳ ἔλεγε, τὴν δια-

Cap. II.

κονίαν σου πληροφόρησον, ἐπισκόπῳ ὄντι· ὅτι γὰρ ἐπίσκοπος ἦν, φησὶ πρὸς αὐτόν, χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει· καὶ πάλιν ὃ ἐδόθη σοι μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου· οὐκ ἂν δὲ πρεσβύτεροι ἐπίσκοπον ἐχειροτόνησαν, καὶ πάλιν πρὸς Τίτον γράφων φησί, τούτου χάριν κατέλιπόν σε ἐν Κρήτῃ ἵνα καταστήσῃς κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους, ὡς ἐγώ σοι διεταξάμην; εἴ τις ἀνέγκλητος, μιᾶς γυναικὸς ἀνήρ, ἃ περὶ τοῦ ἐπισκόπου φησί· καὶ εἰπὼν ταῦτα εὐθέως ἐπήγαγε· δεῖ γὰρ τὸν ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι ὡς Θεοῦ οἰκονόμον, μὴ αὐθάδη. ὅπερ οὖν ἔφην, καὶ οἱ πρεσβύτεροι τὸ παλαιὸν ἐκαλοῦντο ἐπίσκοποι, καὶ διάκονοι τοῦ Χριστοῦ, καὶ οἱ ἐπίσκοποι πρεσβύτεροι. ὅθεν καὶ νῦν πολλοὶ συμπρεσβυτέρῳ, ἐπίσκοποι γράφουσι, καὶ συνδιακόνῳ· λοιπὸν δὲ τὸ ἰδιάζον ἑκάστῳ ἀπονενέμηται ὄνομα, ὁ ἐπίσκοπος καὶ ὁ πρεσβύτερος· &c. id est, *Coepiscopis & Diaconis, quid hoc? vnius ciuitatis multine erant Episcopi minime, sed presbyteros sic appellauit, tunc enim nomina habebant communia, & Diaconus vocabatur Episcopus, idcirco scribens ad Timotheum, dixit; Diaconiam seu ministerium tuum imple, cum tamen ille episcopus esset: quia enim episcopus erat, scribit ad ipsum, manus nemini imposueris; & rursus, quæ data est tibi cum impositione manuum presbyterij, non enim presbyteri episcopum ordinassent: & rursus ad Titum scribens ait, huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi, si quis sine crimine est, vnius vxoris vir, quæ quidem de episcopo dicit: & his dictis, statim addidit, oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem, non superbum: quemadmodum ergo dicebam, & presbyteri antiquitus vocabantur Episcopi, & Diaconi Christi, & episcopo presbyteri, vnde & nunc multi episcopi scribunt, Compresbytero & Condiacono, post secus proprium vnicuique distributum est nomen, vt hic quidem episcopus, ille vero presbyter appelletur.* Sicque olim pignus & hypotheca solo nomine & sono distabant, & indistincte tam de re mobili, quam immobili dicebãtur, donec tandem visum quibusdam pignus proprium fieri rerum mobilium & hypothecam immobilium, vt testatur Caius l.238. de verborum signific.

& quis nescit nomina accipere varias mutationes & translationes, & ex generalibus fieri specialia, & ex specialibus generalia. Et epist. 1. ad Timoth. cap. 3. idem Chrysost. reddit huius rei rationem, aitque presbyteros dici episcopos, quia multa habent cõmunia cum episcopis, & sola ordinatione differunt. Διαλεγόμενος περὶ ἐπισκόπων, καὶ χαρακτηρίσας αὐτούς, καὶ εἰπὼν τίνα μὲν ἔχειν, τίνων δὲ ἀπέχεσθαι χρή, καὶ τὸ τῶν πρεσβυτέρων τάγμα ἀφείς, εἰς τοὺς διακόνους μετεπήδησε· τί δήποτε; ὅτι οὐ πολὺ τὸ μέσον αὐτῶν, καὶ τῶν ἐπισκόπων· καὶ γὰρ, καὶ αὐτοὶ διδασκαλίαν εἰσὶν ἀναδεδεγμένοι, καὶ προστασίαν τῆς ἐκκλησίας· Καὶ ἃ περὶ ἐπισκόπων εἶπε, ταῦτα, καὶ πρεσβυτέροις ἁρμόττει· τῇ γὰρ χειροτονίᾳ μόνῃ ὑπερβεβήκασι, καὶ τούτῳ μόνον δοκοῦσι πλεονεκτεῖν τοὺς πρεσβυτέρους; id est, *postquam inquit de Episcopis dixit, eosque designauit, & dixit quænam illos habere, à quibus vero abstinere oporteat, presbyterorum ordinem omittens ad Diaconos transijt. Cur id quæso, quia scilicet inter ipsos & episcopos fere nihil interest, etenim ipsi acceperunt Magistrationem, & præposituram Ecclesiæ, & quæ de Episcopis dicit, ea etiam presbyteris congruunt, sola quippe ordinatione superiores illi sunt, atque hoc tantùm amplius habere quàm presbyteri videntur.* In illis enim locis Chrysostomus dicit quidem communia fuisse nomina Episcopi, Presbyteris, & Presbyteri Episcopis, sed rem & ordinem fuisse diuersum. Nec dicendum est, Chrysostomum, cum specialiter tribuit ordinationem Episcopis, respexisse ad sua tempora, nam hoc pugnat cum his quæ dicit postea cap. 4. Timotheum nec fuisse ordinatum à Presbyteris, nec potuisse ordinari, ad illa verba, cum impositione manuum presbyterij, οὐ περὶ πρεσβυτέρων φησὶν ἐνταῦθα, ἀλλὰ περὶ ἐπισκόπων. οὐ γὰρ δὴ πρεσβύτεροι τὸν ἐπίσκοπον ἐχειροτόνουν· I, *Non de presbyteris hic loquitur, sed de episcopis; neque enim presbyteri ipsum episcopum ordinauerant.* Illa enim ratio Chrysostomi, & explicatio falsa esset, si tunc presbyteri potuissent ordinare Episcopos, pugnat enim cum hac sententia eius expositio, & plane

repugnat. Idem quoque asserit Theodoretus, Epist. ad Philippenses: ἐπισκόπους δὲ τοὺς πρεσβυτέρους καλεῖ, ἀμφότερα γὰρ εἶχον κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τὰ ὀνόματα· καὶ τοῦτο ἡμᾶς καὶ ἡ τῶν πράξεων ἱστορία διδάσκει. εἰρηκὼς γὰρ ὁ μακάριος Λουκᾶς ὡς εἰς τὴν Μίλητον τοὺς ἐφεσίων μετεπέμψατο πρεσβυτέρους ὁ θεῖος Ἀπόστολος, λέγει καὶ τὰ πρὸς αὐτοὺς εἰρημένα· προσέχετε γὰρ φησιν ἑαυτοῖς, καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ, ἐν ᾧ ὑμᾶς ἔθετο τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπισκόπους ποιμαίνειν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ χριστοῦ, καὶ τοὺς αὐτοὺς καὶ πρεσβυτέρους καὶ ἐπισκόπους ὠνόμασεν· οὕτω καὶ ἐν τῇ πρὸς τὸν μακάριον Τίτον ἐπιστολῇ. διὰ τοῦτο κατέλιπόν σε ἐν Κρήτῃ, ἵνα καταστήσῃς κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους, ὡς ἐγώ σοι διεταξάμην. καὶ εἰπὼν ὁποίους εἶναι χρὴ τοὺς χειροτονουμένους, ἐπήγαγε. δεῖ γὰρ τὸν ἐπίσκοπον ἀνέγκλητον εἶναι, ὡς θεοῦ οἰκονόμον. καὶ ἐνταῦθα δὲ δῆλον τοῦτο πεποίηκε. τοῖς γὰρ ἐπισκόποις τοὺς διακόνους συνέζευξε, τῶν πρεσβυτέρων οὐ πεποιημένος μνήμην. ἄλλως τε οὐδὲ οἷόν τε ἦν πολλοὺς ἐπισκόπους μίαν πόλιν ποιμαίνειν, ὡς εἶναι δῆλον, ὅτι τοὺς μὲν πρεσβυτέρους, ἐπισκόπους ὠνόμασε. τὸν δέ γε μακάριον Ἐπαφρόδιτον ἐν αὐτῇ τῇ ἐπιστολῇ Ἀπόστολον αὐτῶν κέκληκεν. ὑμῶν γὰρ φησιν Ἀπόστολον, καὶ συνεργὸν τῆς χρείας μου σαφῶς τοίνυν ἐδίδαξεν ὡς τὴν ἐπισκοπικὴν οἰκονομίαν αὐτὸς ἐπεπίστευτο ἔχων Ἀποστόλου προσηγορίαν. Id est, *Episcopos vero appellat Presbyteros, vtrumque enim habebant nomen eo tempore, & id nos etiam docet Actorum historia, cum enim dixisset Beatus Lucas, vti Miletum Ephesiorum Presbytoros accersiuerat, ait, quæ illis dicta fuerint, Attendite inquit vobis, & vniuerso gregi, in quo vos posuit spiritus sanctus Episcopos pascere Ecclesiam Christi, eosdemque & presbyteros & Episcopos nominauit, ita etiam in epistola ad Beatum Titum, Ideo reliqui te Cretæ, vt constituas per ciuitates presbyteros, vt ego tibi disposui: & cum dixißet quales esse oportet eos qui ordinantur, subiunxit; Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem, & vero hic illud manifestũ fecit, episcopis enim Diaconos coniunxit, nullam de presbyteris faciens mentionẽ, maxime cùm fieri non possit, vt multi episcopi sint vnius ciuitatis pastores, vt sit manifestũ quod presbyteros vocauit Episcopos, Beatũ porro Epaphroditum in*



Cap. II. *ipsamet epistola Apostolum ipsorum nominauit, vestrum enim inquit, Apostolum & necessitatis meæ adiutorem. Aperte ergo docuit Episcopalem dispensationem ei fuisse creditam, cum haberet Apostoli appellationem.* Idem etiam Theodoretus epist. 1. ad Timoth. c. 3. huius communionis nominum reddit rationem, sed diuersam ab ea quam reddiderat B. Chrysost. Nam Chrysostomus dixerat supra, presbyteros dictos esse episcopos, quod multa coniunctis studijs & officijs, promiscuè & cõmuniter agerent, & exercerent; Theodoretus vero ait presbyteros tantum dictos fuisse Episcopos, cum tamen non essent Episcopi, & veros Episcopos tunc dictos fuisse Apostolos, non Episcopos, ita vt per Apostolos intelligerentur Episcopi propriè dicti, per Episcopos Presbyteri tantum, non veri Episcopi, sed nomine tenus, donec postea Episcopi, qui dicebantur Apostoli, nomen Apostoli reliquerunt veris Apostolis, & sumpserunt nomen Episcopi. Ἐπίσκοπον δὲ ἐνταῦθα τὸν πρεσβύτερον λέγει ὡς τὴν πρὸς Φιλιππησίους ἐπιστολὴν ἑρμηνεύοντες ἀπεδείξαμεν· ῥᾴδιον δὲ τοῦτο καὶ ἐντεῦθεν καταμαθεῖν, μετὰ γὰρ τοὺς ἐπισκοπικοὺς νόμους τοὺς τοῖς διακόνους, προσήκοντας γράφει, τοὺς πρεσβυτέρους παραλίπων, ἀλλ' ὅπερ ἔφην, τοὺς αὐτοὺς ἐκάλουν ποτὲ πρεσβυτέρους καὶ ἐπισκόπους. τοὺς δὲ νῦν καλουμένους ἐπισκόπους, Ἀποστόλους ὀνόμαζον, τοῦ δὲ χρόνου προϊόντος, τὸ μὲν τῆς Ἀποστολῆς ὄνομα τοῖς ἀληθῶς ἀποστόλοις κατέλιπον. τὴν δὲ τῆς ἐπισκοπῆς προσηγορίαν, τοῖς πάλαι καλουμένοις ἀποστόλοις ἐπέθεσαν. οὕτω Φιλιππησίων ἀπόστολος ὁ Ἐπαφρόδιτος ἦν, ὑμῶν γὰρ φησιν ἀπόστολον καὶ συνεργὸν τῆς χρείας μου οὕτω Κρητῶν ὁ Τίτος καὶ Ἀσιανῶν ὁ Τιμόθεος ἀπόστολοι. οὕτω ἀπὸ τῆς Ἱεροσολύμων τοῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἔγραψαν οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι. Id est, *hic autem Episcopum appellat Presbyterum, sicut epistolam ad Philippenses interpretando, ostendimus, id vero facilius hoc loco intelligi potest, post enim Episcopales leges, eas quæ conueniunt Diaconis scribit, prætermißis presbyteris; sed vt dixi, eosdem olim vocabant presbyteros, eos autem qui nunc appellantur Episcopi, Apostolos nominabant;*

præcedente autem tempore, Apostolatus nomen ijs qui vere erant Apostoli reliquerunt, Episcopatus autem appellationem imposuerunt ijs qui olim appellabantur Apostoli, ita Philippensium Apostolus, Epaphroditus erat, vestrum enim inquit Apostolum & adiutorem necessitatis meæ, ita Cretensium Titus, & Asianorum Timotheus, Apostoli. Ita ab Hierosolymis ijs qui erant Antiochiæ scripserunt Apostoli & Presbyteri. CAP. II.

Et sane verum est discipulos Apostolorum factos Episcopos, dictos fuisse Apostolos, vt de Epaphrodito Philippensium, & de Tito Cretensium, & de Timotheo Asianorum dixit Theodoretus loco antedicto. Et Tertullianus lib. 4. aduersus Marcionem cap. 24. Discipulos septuaginta vocauit Apostolos: & Origenes Andronicum & Iuniam, vel, vt ipse legit, Iuliam. epist. ad Romanos cap. 16. Ad illa verba, salutate Andronicum & Iuliam, qui sunt nobiles in Apostolis, qui ante me fuerũt, in Christo. Ille enim ait eos vocatos fuisse nobiles in Apostolis, quod ex septuaginta duobus essent, qui & ipsi Apostoli nominati. Et videtur etiam B. Paulus epistol. 2. ad Corinth. cap. 8. per Apostolos Ecclesiarum, alios intellexisse, quam duodecim Apostolos, nempe Episcopos in Ecclesiis ab Apostolis constitutos. Et Theodoretus explicans verba Pauli 1. ad Corinth. cap. 12. 28 & quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primùm Apostolos, ait verba illa non esse intelligenda, de solis 12. Apostolis, sed etiam de 70. Discipulis, οὐ μόνον λέγει τοὺς δώδεκα. ἀλλὰ καὶ τοὺς ἑβδομήκοντα, καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα τῆς χάριτος ταύτης τετυχηκότας, καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ὕστερον κληθεὶς τῆς χειροτονίας ταύτης τέτυχηκε, καὶ ὁ μακάριος Βαρνάβας καὶ ἕτεροι πρὸς τούτοις μυρίοι, &c. Id est, *Non dicit duodecim, sed etiam septuaginta, & eos qui postea eandem gratiam sunt adepti, nam & ipse postea vocatus eundem ordinem consecutus est, & B. Barnabas, & alij præter eos innumeri, sed & Epaphroditum quoque vocat Apostolum Philippensium.* Et B. Epiphanius hæresi 20. ait B. Lucam factum

Apostolum à B. Paulo. Καὶ εὑρίσκει Λουκᾶν τῶν ἑβδομήκοντα δύο ὄντα τῶν ἐσκορπισμένων, καὶ ἀκόλουθον αὐτὸν ἔλαβε, καὶ συνεργὸν τοῦ εὐαγγελίου ὁμοῦ καὶ ἀπόστολον. Id est, *& nactus Lucam vnum ex 72. Discipulis, iam dispersis, adduxit cum ad se, comitem fecit, & comministrum Euangelij, & simul Apostolum.*

Porro S. Epiphanius hæresi Aërij 75. arguit amentiæ Aërium quòd Presbyterum æqualem esse censuerit Episcopo; quod fieri non posse ostendit, primum, quod potestas ordinationis pertineat ad Episcopum, non ad Presbyterum; ἡ μὲν γὰρ ἐστι πατέρων γεννητικὴ τάξις, πατέρας γὰρ γεννᾷ τῇ ἐκκλησίᾳ· ἡ δὲ πατέρας μὴ δυναμένη γεννᾶν, διὰ τῆς τοῦ λουτροῦ παλιγγενεσίας τέκνα γεννᾷ τῇ Ἐκκλησίᾳ, οὐ μὴν πατέρας ἢ διδασκάλους. Καὶ πῶς οἷόν τε ἦν τὸν πρεσβύτερον καθιστᾶν μὴ ἔχοντα χειροθεσίαν τοῦ χειροτονεῖν. id est, *Ordo vero (Episcoporum) est ad gignendum patres, gignit enim patres Ecclesiæ; Ordo vero (Presbyterorum) patres non potest generare, per lotionem vero regenerationis, filios generat Ecclesiæ, non Patres, non Magistros, & quomodo fieri potest, vt is Presbiterum constituat, qui non habet manuum impositionem ad ordinandum.* Statimque refert locos scripturæ quibus id probare Aërius, vt quod diceret S. Paulus Timot. noli negligere gratiam quæ in te est, quam accepisti per manuum impositionem Presbyterij, & quod epist. ad Philippenses scribit Episcopis & Diaconis: His verò aliter respondet Epiphanius, quàm Chrysostomus, aut Theodoretus, ait enim Aërium seriem historiæ ignorasse, & Apostolum hæc scripsisse pro re nata, cum recens adhuc esset prædicatio, vbi enim iam erant Episcopi constituti, scribebat Episcopis & Diaconis non enim omnia statim poterant ordinare Apostoli, & quidem Presbyteris opus erat & Diaconis; per eos enim duos possunt Ecclesiastica negotia impleri & perfici, quare vbi nullus repertus erat dignus Episcopatu, locus manebat sine Episcopo, vbi vero necessarium erat, & dignus aliquis reperiebatur Episco-

Episcopatu, constituebantur Episcopi, cùm vero non esset magna multitudo eorum, & non reperirentur Presbyteri qui constituerentur in eo loco, contenti erant solo Episcopo, sine Diacono vero Episcopus esse non potest. Et curæ habuit sanctus Apostolus, vt Diaconos haberet Episcopus propter ministerium, itaq; cùm nondũ Ecclesia haberet plenitudinem suæ œconomiæ, talis erat per illud tempus locorum status, neque enim nulla res ab initio omnia habet necessaria, sed procedente tempore, ad perfectionem omnibus necessariis instruitur. Idque probat exemplis ex veteri testamento sumptis, vt quod Moysi in Ægyptum misso cùm virga, Aaron illi primum additus est, tum seniores, tum tabulæ traditæ, &c Et propterea cùm incertum esset an Episcopi, vel Presbyteri regerent Ecclesias primis temporibus, Iustinus describens generalem morem conuentuum qui fiunt in Ecclesia, maluit vti verbo generali & communi, tam Episcopis quàm Presbyteris, præsidentis, quem vocauit προεστῶτα sicut Paulus ad Hebræos appellauit eos τοὺς ἡγουμένους. Et potest confirmari sententia S. Epiphanij ex D. Chrysostomo, in epist. ad Thessalonicenses, cuius est inscriptio, Paulus, Syluanus, & Timotheus Ecclesiæ Thessalonicensium, ait enim Paulum ita inscripsisse eam, quod ibi essent pauci fideles sine Episcopo & Presbytero, quos consolationis gratia vocat Ecclesiam. Τῇ ἐκκλησίᾳ φησὶ Θεσσαλονικέων, καλῶς· ἔτι γὰρ εἰκὸς ἦν ὀλίγους εἶναι, καὶ οὐδέπω συνεστάναι, διὰ τοῦτο αὐτοὺς παραμυθεῖται διὰ τοῦ ὀνόματος τῆς ἐκκλησίας, ἔνθα γὰρ πολὺς παρεληλύθει χρόνος, καὶ τὸ τῆς ἐκκλησίας σύστημα πολὺ ἦν, οὐ τίθησι τοῦτο. ἐπειδὰν δὲ ὄνομα πλήθους ἐστὶν, ὡς τὰ πολλὰ, τὸ τῆς ἐκκλησίας ὄνομα, καὶ συστήματος ἤδη συγκεκροτημένου, διὰ τοῦτο αὐτοὺς οὕτω καλεῖ. I, *Ecclesiæ, inquit Thessalonicensium, pulchrè, verisimile enim erat eos esse paucos, & nondum consistere, propterea eos consolatur, per nomen Ecclesiæ, nam vbi multum tempus præterierat, & magnus erat populus Ecclesiæ, non hoc ponit, quoniam autem*

D

nomen multitudinis, est vt plurimum nomen Ecclesiæ, & cœtus iam collecti, propterea eos sic vocat. Nam si vbi nullus erat presbyter, aut Episcopus, aut Diaconus, Paulus ad eos scribens, scribebat Ecclesiæ, vt ait B. Chrysost. loco citato, ita ex sententia B. Epiphanij, vbi nullus erat presbyter, sed Episcopi tantum cum Diaconis, scribebat Episcopis & Diaconis, quare non erat ideo tam acriter reprehendendus illo loco B. Epiphanius. Ex his omnibus apparet illos sanctos patres nunquam colligere voluisse ex illis locis scripturæ, æquales esse presbyteros Episcopis, sed differentiam esse inter eos semper asseruisse.

CAPVT III.

VErùm hæc adhuc à nobis explicanda sunt, & quidem cum in inscriptione epist. ad Philippenses, & in epist. 1. ad Timoth. c. 4. dicitur, sub nomine Episcoporum intelligi presbyteros, in eo non potest esse difficultas, nam nullus ordinatur Episcopus qui non fuerit prius ordinatus presbyter, ipsi enim Apostoli facti sunt presbyteri in cœna Domini, & Episcopi post resurrectionem. Et sane Synodus Sardicensis noluit agnoscere Ischyram Episcopum, cùm eum Arriani produxissent in testem contra Athanasium indulto ei titulo Episcopi, vt magnificentia nominis, eius testimonio maior authoritas accederet, cùm detectum esset eum non fuisse presbyterum, vt videre est in epistola Synodica Concilij Sardicensis: & in Synodo Hierosolymitana apud Athanas. Apologia secunda, obiectũ est Arrianis, quod eum qui non erat presbyter, contra antiquam traditionem nominassent Episcopum. Et in Concilio Chalcedonensi parte 3. sunt litteræ Episcop. Ægypt. & Cleri Alexandrini in quibus Æluri ordinationem, quòd Episcopus sine manus impositione extitisset, & neque prius habens ordinem presbyteratus, baptisma con-

tulisset, reprobarunt. Et idcirco cùm Episcopi sint in gradu superiori, & Episcopalis gradus contineat gradum presbyteri, quæcunq; faciunt gradus inferiores, ipse etiam exequitur Episcopus Maximus in S. Dionys. lib. de Eccles. Hierarch. cap. 5. ὅτι ὁ ἐπίσκοπος, καὶ τὰ τῶν ὑφειμένων ποιεῖ, καὶ οἱ πρῶτοι τὰ τῶν δευτέρων, καὶ τῶν μετ' αὐτοὺς ποιοῦσιν. οὐχ ἀνάπαλιν δὲ οἱ δεύτεροι τὰ τῶν πρώτων. i, *quia episcopus, quæ inferiorum sunt facit, primique quæ sunt secundorum, & post ipsos positorum faciunt, sed non contra, secundi non faciunt illa quæ sunt primorum.* Et Author quæstionum in vetus & nouum testamentum; *Maior ordo*, inquit, *intra se & apud se habet minorem, presbyter enim & Diaconi, agit officium, & exorcistæ, & lectoris.* Et Commentarius Hilarij Diaconi nomine Ambrosij editus cap. 4. ad Ephes. ait etiam in Episcopo omnes ordines esse, quia Episcopus primus Sacerdos est, hoc est princeps Sacerdotum, eumque Prophetam, & Euangelistam, & cætera, implere officia in ministerio fidelium.

Et propterea S. Chrysost. in epist. ad Ephes. cap. 4. ait B. Paulum priùs nominasse Apostolos, secundò Prophetas, tertiò Euangelistas, denique Pastores & Doctores, quia, inquit, Apostoli habebant hæc omnia, πρῶτοι Ἀποστόλους, πάντα γὰρ εἶχον οὗτοι. i, *primùm Apostolos, hi enim, habebant omnia.* Recte ergo Episcopi potuerunt dici presbyteri, & se ita appellarunt multi, vt obseruat Chrysostomus in epist. ad Philippenses loco citato, & nos postea multis probabimus.

Cùm vero contra Actor. 20. & epist. ad Titum cap. 2. per presbyteros dicitur intelligi Episcopos, non est eadem ratio, & hoc aliter accipiendum est, ordo enim presbyteri non continet ordinem episcopi, & idcirco presbyteri in illis duobus locis dicuntur episcopi, non ratione signaculi ordinationis suæ, sed secundùm officium & administrationem aliquam, quam habent communem cum episcopis, & sicut iure ciuili, Vicaria dignitas trahit portionem præfecturæ, & sa-

 cræ cognitionis, habet poteſtatem, & iudicationis ſacræ ſolet repræſentare reuerentiam l. 1. Cod. de officio Vicarij, tamen Vicarius diſtinguitur à Præf. Prætor. Ita presbyteri multa exequuntur communia cum epiſcopo, & tamen non ſunt epiſcopi, vt diximus ante, ex D. Chryſoſt. epiſt. 1. ad Timoth. cap. 3. Sciendum enim eſt, nomina Apoſtoli, Epiſcopi Diaconi, poſſe ſumi duobus modis, vel generaliter, vel ſpecialiter, nam generaliter, Apoſtoli, Epiſcopi, & Presbyteri poſſunt appellari Diaconi, & ſpecialiter, Diaconi non ſunt Epiſcopi nec Presbyteri, Diaconatus enim eſt gradus ſpecialis diſtinctus à gradibus presbyteri & epiſcopi, quomodo & iure ciuili adoptio eſt genus & ſpecies, vt genus continet adrogagationem, vt ſpecies eſt diſtincta ab adrogatione.

CAPVT IV.

ET præcipua differentia inter Epiſcopum & Presbyterum ſumitur à poteſtate ordinationis, quam non habent Presbyteri, ſed Epiſcopi, vt teſtatur B. Chryſoſtom. epiſt. ad Philippenſ. cap. 1. & epiſt. 2. ad Timoth. cap. 4. & B. Hieronym. epiſt. ad Euagrium, & B. Epiphan. hæreſi Aërianorum 75. & Iſidor. lib. 2. de Eccleſiaſt. officiis, & ordinare ſoli Epiſcopo conuenit non alteri. τὸ δὲ χειροτονεῖν μόνῳ ἐπισκόπῳ προσήκει. ἑτέρῳ δὲ οὐδενί. lib. 3. Conſtitut. Apoſtolic. cap. 11. fiebat autem ordinatio per manuum impoſitionem, B. Hieronym. in cap. 58. Eſaiæ, per manus inquit impoſitionem impleri ordinationem. Et ita cùm electus eſſet ab Olbiatis epiſcopus apud Synod. epiſt. 76. ad Theophilum Alexandrinum, Syneſius ad eum ſcribit, vnum adhuc eſſe neceſſarium, vt ipſe illi manum imponat ἑνὸς οὖν ἔτι δεῖ, τοῦ κυριωτάτου μέν τοι τῆς ἱερᾶς σου χειρός. & quod ille vocat Κυριώτατον Clemens Romanus vocauit Κορυφαιότατον. lib. 8. Conſtitut. cap. 8. in quo incipit loqui de ordinationibus. Et manus impoſitio

ſumitur pro ordinatione à B. Chryſoſt. in Actis Apoſt. cap. 7. homil. 13. vbi notandum eſt, manunm impoſitionem, & per conſequens ordinationem, fieri debere per capitis contactum ad illa verba, de ordinatione Diaconorum, & cum oraſſent impoſuerunt illis manus, οὐ γὰρ λέγει πῶς, ἀλλ' ἁπλῶς ὅτι ἐχειροτονήθησαν διὰ προσευχῆς, τοῦτο γὰρ ἡ χειροτονία ἐστὶν ἡ χεὶρ ἐπίκειται τοῦ ἀνδρός, τὸ δὲ πᾶν ὁ Θεός ἐργάζεται, καὶ ἡ αὐτοῦ χεὶρ ἐστὶν, ἡ ἁπτομένη τῆς κεφαλῆς τοῦ χειροτονουμένου, ἐὰν ὡς δεῖ χειροτονῆται. i, *Non enim dicit quomodo, ſed ſimpliciter, quod ordinati ſunt per preces, hoc enim eſt* Chirotonia, *manus vero ſuperponitur, totum autem Deus operatur, & manus contingit caput eius qui ordinatur, ſi vt oportet ordinetur.* Per illam vero manuum impoſitionem confertur gratia, B. Paulus epiſt. 1. ad Timoth. cap. 4. *Noli negligere gratiam, quæ tibi data eſt per impoſitionem manuum presbyterij.* Et epiſt. 2. ad Timoth. cap. 1. & B. Ambroſ. lib. de dignitate Sacerdotij cap. 5. ait impoſitioni manuum alligari gratiam. Et B. Baſil. ep. ad Amphiloch. cap. 1. παρὰ τῶν πατέρων ἔχοντας χειροτονίας, καὶ διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν αὐτῶν, εἶχον τὸ χάρισμα τὸ πνευματικόν. i, *à Patribus ordinationem habebant, & per impoſitionem manuum ipſorum, gratiam habebant ſpiritualem.* Et epiſt. 342. ait Epiſcopum per Dei gratiam exiſtere, ὄντος τοῦ ἐπισκόπου, τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι. Et epiſt. *292.* Clericis Colonienſibus, tranſlato eorum Epiſcopo Nicopolim, ait hoc factum eſſe ab Epiſcopis non humano conſilio, ἀλλὰ τῇ συνεργίᾳ τοῦ πνεύματος, i, *Spiritus ſancti cooperatione.* Et B. Cyprian. epiſt. ad Antonianum, ait *Cornelium à Deo factum eſſe Epiſcopum Corneliumnoueris de Domini Dei iudicio qui Epiſcopum fecit,* &c. Et videtur B. Chryſoſt. in Acta cap. 7. vocaſſe ordinationem abſolute gratiam, cum diaconos 7. appellauit gratia poſteriores, ᾠκονομήθη τούτους ἐξελθεῖν οἳ καὶ ὕστεροι ἦσαν τῆς χάριτος, i, *diſpenſatum eſt vt ij egrederentur qui & gratia poſteriores erant.* Nam Diſcipuli ſoli exeirant Hieroſolymis, & manſerant in vrbe Apoſtoli ex Actis.

CAPVT V.

INde factum est, vt Episcopi inscripserint vel subscripserint se Dei gratia, vel Dei miseratione Episcopos. Nam patres Concilij Nicæni 1. epistola Synodica ad Ecclesiam Alexandrinam, habent hanc inscriptionem, τῇ ἁγίᾳ Θεȣ̃ χάριτι, καὶ μεγάλῃ Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίᾳ, i, *Sanctæ Dei gratia, & magnæ Ecclesiæ Alexandrinæ*, &c. Et in principio dicunt se congregatos, τῆς τοῦ Θεȣ̃ χάριτος. i, *Dei gratia*, & in Concilio Ephesino, in subscriptionbus, est ista Acacij, Ἀκάκιος ἐπίσκοπος ἐλέῳ Θεȣ̃ Μελιτηνῆς. i, *Acacius Dei miseratione Episcopus Melitenæ*, & alia, Gtegorius κατὰ Θεȣ̃ χάριν, i, *Dei gratia Episcopus Cerasuntis*; & aliæ paucæ, & in Chalcedonensi etiam aliqui similiter subscripserant, vt Basilius, ἐλέῳ Θεȣ̃ Episcopus Seleuciæ, & Meliphtongus, ἐλέῳ Θεȣ̃ Episcopus Iuliopolis, i, *Dei miseratione*, alij verò dixerunt χάριτι Θεȣ̃, vt Seleucus χάριτι Θεȣ̃ Episcopus Metropolis Amasiæ, & Ætherius Episcopus χάριτι τοῦ Θεȣ̃, Pompeiopolis. In quinta vero Synodo omnes fere subscribunt se Episcopos, *misericordia Dei*, præter paucos, qui subscribunt *gratia Christi*, vt *Amazonius gratia Christi Episcopus Edessenorum*, & *Thomas gratia Christi Episcopus Sanctæ Ecclesiæ Berissorum ciuitatis*, & *Theodorus gratia Christi Episcopus Byzanorum Metropoleos*. In sexta vero Synodo omnes subscribunt ἐλέῳ Θεȣ̃, i, *misericordia Dei*. Nisi quod Episcopus Mesembriorum, subscribit Petrus χάριτι χριστοῦ Episcopus ciuitatis Mesembriorum Hemimontis regionis, sed notandum est in dicta Synodo 6. Hirenarchum Diaconum & Legatum Episcopi Comitæ, subscribere se Dei misericordia Diaconum, Εἰρήναρχος ἐλέῳ Θεȣ̃ διάκονος, τῆς ἐν Ἀμάστρῃ ἁγίας τȣ̃ Θεȣ̃ ἐκκλησίας, καὶ τὸν τόπον ἀναπληρῶν Κομιτᾶ τȣ̃ ἁγιωτάτȣ μου ἐπισκόπου, id est, *Hirenarchus misericordia Dei Diaconus sanctæ Amastrinæ Ecclesiæ locum tenens Comitæ sanctissimi Episcopi mei.*

Et in septima Synodo, etiam nonnulli subscribunt ἐλέῳ Θεοῦ, maior pars ἀνάξιος, i, indignus, sed locum tenentes trium sedium Alexandrinæ, Antiochenæ & Hierosolymitanæ, Thomas & Ioannes Presbyteri, subscribunt, *se miseratione Dei Presbyteros*, Ἰωάννης ἐλέῳ Θεοῦ πρεσβύτερος, &c. Θωμᾶς ἐλέῳ Θεοῦ πρεσβύτερος, &c. Et in 8 Synodo omnes fere subscribunt *misericordia Dei*, præter Legatos Papæ qui subscribunt *gratia Dei*, & notandum Marinum Diaconum vnum ex Legatis non subscribere se gratia Dei Diaconum, quod tamen facit Ioseph Legatus Patriarchæ Alexandrini, *Ioseph misericordia Dei Diaconus*, & Helias Presbyter Legatus Hierosolymitani, *Ego Helias, misericordia Dei Presbyter.* Et his exemplis visos esse Galliæ Abbates, Decanos, vel etiam Presbyteros, apparet tomo 4. Historiæ Francorum, in epistolarum volumine, nam epist. 563. est hæc inscriptio *G. Dei gratia Anilcuriensis Ecclesiæ Presbyter, dilecto fratri Priori Ecclesiæ B. Victoris*, inter epistolas Abbatum & aliorum. Et epist. 525. *Domino R. Dei gratia Priori Ecclesiæ S. Victoris*, & epist. 526. alia similis. Et ep. 513. & 488. *est Abbas Dei gratia.* Et in epistolis diuersorum est epist. 43. cum hac inscriptione, *Reuerendissimo in Christo fratri socio, & amico Th. Domini Hostiensis Clerico. P. Dei gratia, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac Domini Regis Francorum Ecclesiæ Aniani Decanus salutem.* Et epist. 41. est eiusdem Decani similis inscriptio, & epist. 37. ad Alexandrum Papam, & duces quasi acephali scripserunt se Dei gratia duces in subscriptionibus, vel inscriptionibus, apud S. Bernard. epist. 127. & 128. *Guillelmo Dei gratia egregio Comiti Pictauorum & Duci Aquitanorum, Hugo eadem gratia Burgundiæ Dux.* Ioann. tamen Armeniacensis Comes apud Carolum 7. accusatus læsæ maiestatis, quod se Dei gratia Comitem inscriberet.

CAPVT VI.

PORRO duobus præcipue casibus, reperitur facta impositio manuum ab Apostolis, vel eorum Discipulis, in ordinatione, & traditione Spiritus sancti post Baptisma, in ordinatione, vt Diaconorum Act. cap. 6. Barnabæ & Pauli Act. cap. 13. & Timoth. epist. 1. cap. 4. & 5. Et epist. 2. c. 1. In traditione Spiritus sancti Actor. cap. 8. vbi B. Chrysost. ait Philippum non potuisse dare Spiritum sanctum, nec habuisse illam facultatem, & addit, τοῦτο γὰρ τὸ δῶρον μόνων τῶν δώδεκα ἦν, id est, *hoc enim donum solorum duodecim erat Apostolorum*, & paulo post, δύναμιν γὰρ ἔλαβον ποιεῖν σημεῖα οὐχὶ δὲ καὶ πνεῦμα διδόναι ἑτέροις, τοῦτο ἦν τῶν Ἀποστόλων ἐξαίρετον. I, *Virtutem quidem acceperant faciendi signa, non autem & dandi spiritum aliis, hoc enim erat Apostolis singulare.* Et B. Epiphan. hæresi 21. obseruat quoque Philippum Diaconum non potuisse manus imponere. Et B. Paulus Actor cap. 19. Manus imponit 12. fidelibus à se baptizatis ad tradendum eis Spiritum sanctum. Nec finem accepit cum Apostolis gratia manuum impositionis, nec est mimica apud nos imitatio Apostolorum, vt illi irreligiosè dixerunt, & facile refelluntur ex S. August. Serm. 146. cap. 1. de tempore, vbi obseruat duos Euangelistas à Christo electos Apostolos, Matthæum & Ioannem, & alios duos Marcũ & Lucam non fuisse ab eo electos, vt ostenderetur eodem Spiritu à Deo electos, *Ideo, inquit iam voluit Spiritus sanctus, etiam ex iis qui inter duodecim non fuerant, eligere ad Euangelium cōscribendum duos, ne putaretur gratia Euangelizandi vsque ad Apostolos peruenisse, & in illis fontem gratiæ defecisse.* Et per illam vere dari hodie Spiritum sanctum scribit lib. 3. de Baptismo cap. 16. *Spiritus autem sanctus, quia in sola Catholica per manus impositionem dari dicitur, nimirum hoc intelligi voluerunt maiores nostri quod Apostolus ait, quoniam Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum*

***Spiritum sanctum qui datus est nobis, non autem habet Dei** charitatem, qui Ecclesiæ non diligit unitatem, ac per hoc recte intelligitur dici, non accipi nisi in Catholica Spiritum sanctum, neque enim temporalibus & sensibilibus miraculis attestantibus per manus impositionem modo datur Spiritus sanctus, sicut antea dabatur, ad commendationem rudis fidei & Ecclesiæ primordia dilatanda, quis enim nunc hoc expectat, ut ij quibus manus ad accipiendum* Spiritum *sanctum imponitur repente incipiant linguis loqui? sed inuisibiliter, & latenter intelligitur per vinculum pacis eorum cordibus, diuina charitas inspirari*, &c. Et Gregor. in Euangelia, *Sancta quippe Ecclesia spiritualiter facit quod tunc per Apostolos corporaliter faciebat*, &c. Et Theodoretus præfatione in 12. Prophetas, Καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἐν θείαις Ἐκκλησίαις ἡ τοῦ παναγίου πνεύματος ἀναβλύζει πηγὴ καὶ διανέμει τοῖς ἀνθρώποις τὰ θεόσδοτα δῶρα, id est, *atque usque ad hanc ætatem in diuinis Ecclesiis Spiritus sancti fons permanat, diuinitusque donata hominibus munera distribuit.* Et paulò post, ***neque** enim diuinæ munificentiæ gratia rescindẽda est, sed tanquam fons perennis influit in homines, & maxima dona non dignis modò suppeditat, sed etiam his quibus perfectio abest, & videmus etiam solem sensibilem non antiquissimis hominibus tantum, sed etiam eos consecutis ac denique nobis sero genitis suos radios edere pariterque omnem terram, & mare illustrare*, sed dicunt non videmus Petrum, non videmus Paulum, non videmus dona linguarũ. At vident eandem Ecclesiam August. 19. Psalm. 44. *Quid est pro patribus tuis nati sunt tibi filij, patres missi sunt Apostoli, pro Apostolis filij nati sunt Episcopi, hodie enim Episcopi qui sunt per totum mundum, unde nati sunt? ipsa Ecclesia patres illos appellat, ipsa illos genuit, & ipsa illos constituit in sedibus patrum. Non ergo Ecclesiam putes desertam quia non vides Petrum, quia non vides Paulum, quia non vides illos per quos nata es, de prole tua creuit tibi paternitas, pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram.*

CAPVT VII.

AC neque iſta manuum impoſitio fiebat à Presbytero, ſed ab Epiſcopo, nec enim minor Epiſcopo manus imponebat, vt traderetur Spiritus ſanctus, Actorum cap. 8. nec presbyter ordinabat presbyteros, nam quod dicitur epiſt. 1. ad Timoth. cap. 4. *Noli negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiã cum impoſitione manuũ presbyterij*, non pertinet ad presbyteros, ſed ad epiſcopos, vt explicat B. Chryſoſt. d. c. 4. Cum impoſitione manuum Presbyterij, οὐ περὶ πρεσβυτέρων φησὶν ἐνταῦθα, ἀλλὰ περὶ ἐπισκόπων, οὐ γὰρ δὴ πρεσβύτεροι τὸν ἐπίσκοπον ἐχειροτόνουν. id eſt, *non de presbyteris hoc in loco loquitur, ſed de epiſcopis, neque enim profecto presbyteri ipſum ordinarant.* Et Theodoretus per presbyterium intelligit cætum Apoſtolorum πρεσβυτέριον δὲ ἐνταῦθα τοὺς τῆς Ἀποστολικῆς χάριτος ἠξιωμένους ἐκάλεσε, οὕτω καὶ τοὺς ἐντίμους τοῦ Ἰσραὴλ προσηγόρευσεν, ἡ θεία γραφὴ γερουσίαν. id eſt, *Presbyterium autem hoc loco vocat eos qui Apoſtolicam gratiã acceperunt, ita etiam honoratos Iſraëlitas ſcriptura diuina vocauit Senatum.* Sed quid aliunde petimus probationem, cùm quod præſens, tanquam in manu datur commodius ſit, ex ipſis enim epiſtolis B. Pauli, patet, & non latet huius loci expoſitio, nec tacebo viros illos incomparabiles, aut illud ignoraſſe, aut dolo diſſimulaſſe, meminerint vero legis 24. D. de legibus, in qua Celſus ait, *Inciuile eſt niſi tota lege perſpecta, vna aliqua particula eius propoſita iudicare, vel reſpondere:* erat enin prius totus Paulus legendus, aut ſaltem duæ epiſtolæ ad Timotheum, in quarum 2. cap. 1. explicat verba epiſt. 1. cap. 4. cum enim dixiſſet in d. cap. 4. *Noli negligere gratiam, quæ in te data eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manuum presbyterij*, in dicto cap 1. dixit, *admoneo te vt reſuſcites gratiam Dei, quæ in te eſt per impoſitionem manuum mearum.* Et ita impoſitionem manuum presbyterij, appellat impoſitionem

manuum suarum; quare non à Presbyteris, sed ab ipsomet Paulo ordinatus fuit Timotheus, nihil est apertius, & si quid illi contra Apostolum dixerint, non erit ab alto, sed ab orco. Et ille vel vnicus locus sufficit, vt agnoscamus Sycophantias aduersariorum, qui toti in hoc sunt, non vt veritatem patefaciant, sed vt humanis persuasionibus obscurent. Et posito illo falso fundamento quo longius iuerunt, eo longius errauerunt, inde enim ausi sunt dicere, in Concilio Ancyrano Can. 13. tunc primum prohibitum fuisse presbyteris ne alios Presbyteros ordinarent, quem canonem non intellexerunt, quia nunquam sentiunt cum Spiritu sancto, licet moniti, nam præierat illis Zonaras, quem si secuti fuissent non errassent, Canon ita habet. χωρεπισκόποις μὴ ἐξεῖναι πρεσβυτέρους ἢ διακόνους χειροτονεῖν, ἀλλὰ μηδὲ πρεσβυτέρους πόλεως, χωρὶς τοῦ ἐπιτραπῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου μετὰ γραμμάτων, ἐν ἑτέρᾳ παροικίᾳ. *Chorepiscopis non licere Presbyteros vel Diaconos (scilicet ruris) ordinare, sed nec presbyteros vrbis, nisi permissum ei sit ab Episcopo, per litteras in aliena parochia*, ita enim Zonaras recte explicat hunc locum, ibi enim agitur de Chorepiscoporum potestate in ordinationibus, & dicitur eos nō posse ordinare Presbyteros & diaconos, scilicet ἐν ταῖς χώραις, id est, in agris, & additur, sed neque posse ordinare presbyteros πόλεως, id est, vrbis, si namque in iis regionibus in quibus episcopum agunt non possunt ordinare prædictos, multo magis in vrbibus id facere vetabuntur, non agitur enim de presbyteris ordinantibus, sed de Presbyteris ordinandis, quæ longe differunt, & ita cum Zonara videtur accepisse hunc canonem Ferrandus, cùm omisit secundam partem canonis, quasi in prima comprehendatur, nam presbyteri eandem formam gerunt Leo 1. epist. ad Episcopos Germaniæ & Galliæ. Alij interpretes Dionysius Exiguus & Isidorus, male hunc canonem acceperunt quorum interpretationes fecerunt, vt vir doctissimus tandiu laborauerit in expli-

CAPVT VII.

CAPVT VII.

cando hoc loco, & frustra corrigere voluerit, & collectio etiam canonum Hadriani I. oblata Carolo Magno, similiter peccat, quæ insuper habet in principio canonis, vt correpti provt Chorepiscopi. Et quidem legimus in Synodo Antiochena, Can. 10. Chorepiscopos etsi manuum impositionem acceperint, ordinare quidē Subdiaconos, Lectores & Exorcistas, non autem presbyteros & Diaconos; & in eo canone agi de Chorepiscopis tantum ordinantibus, non de presbyteris, vt recte docet Balsamon, de quibus ait nulla potest esse dubietas, & deinde notanda verba huius canonis, quæ prosunt etiam ad intelligentiam canonis 13 Synodi Ancyranæ, dicitur enim in principio, χωρεπισκόπους εἰ καὶ χειροθεσίαν εἶεν ἐπισκόπων εἰληφότες, *Chorepiscopos etsi habeant manuum impositionem episcoporum*, & additur, *non posse ordinare presbyterum vel diaconum* δίχα τοῦ ἐν τῇ πόλει ἐπισκόπου, ᾗ ὑπόκειται αὐτὸς τε καὶ ἡ χώρα, i, *abque vrbis episcopo, cui subijcitur ipse, & pagu* . Ex his verò verbis ego colligerem, non agi in dicto can. 10. Synod. Antiochenæ, simpliciter de Chorepiscopis tantum, sed de Episcopis, qui vel propter populi malitiam, vel incursiones hostium, non potuerunt manere in parochia in qua fuerant ordinati, & ita coacti sunt ad Ecclesiam, in qua erāt antea Presbyteri, venire, & in ea facti sunt Chorepiscopi, vt continetur in specie Canonis 18. eiusdem Synodi Antiochenæ, & in specie Canonis etiam 18. Synodi Ancyranæ; & ita etiam intelligendus est Canon 13. Synodi Ancyranæ, nam ideo in dicto Can. 10. recte dicitur etiam si habeat manuum impositionem episcoporum, quasi velit dicere, etsi ille ordinatione Episcopus sit, & cathedra Chorepiscopus tantum, nam Episcopi possunt tantum in administratione Ecclesiarum locum tenere Chorepiscopi vel presbyteri, vt dicitur in Canone 8. Synodi Nicænæ, de Episcopis Nouatianis, redeuntibus ad Ecclesiam, & de Episcopis non susceptis in Ecclesia in qua erant ordinati in dicta Synodo

Ancyrana Can.18.& Antiochena etiam Canon.18.& nostra sententia confirmatur ex eo quod dicitur in Can.10. Antiocheno, Chorepiscopos illos de quibus ibi agitur, non posse ordinare presbyteros sine episcopo,& in Canon.13. Ancyrano, sine litteris Episcopi, nam nisi Chorepiscopi illi essent Episcopi, non posset iis mandari ordinatio presbyterorum, vt recte ait Balsamo in dicto Canon.10. Antiocheno. Κἂν γὰρ ἐνταλθῇ χωρεπίσκοπος χειροτονῆσαι πρεσβύτερον, καὶ ποιήσῃ τοῦτο, ἄκυρος ἔσται ἡ χειροθεσία, διὰ τὸ μὴ δοθῆναι αὐτῷ ἐξουσίαν ἀπὸ τῶν κανόνων, πρεσβυτέρους χειροτονεῖν. id est, *Nam etsi iussus fuerit Chorepiscopus ordinare presbyterum, & hoc fecerit, irrita erit ordinatio, quod non sit ei data potestas à canonibus ordinandi presbyterum.* Chorepiscopi ergo non possunt ordinare presbyteros & diaconos, nisi sint episcopi, idque faciant etiam cum consensu episcopi, Leo ad Germaniæ & Galliæ episcopos, & Synod. Meldensis can.44. & can. 10. Antiochen. & 13. Ancyran. alios autem inferiores possunt ordinare etsi non sint episcopi, & hoc iubente episcopo, locis supra citatis. CAPVT VII.

Sed vrgent aduersarij, & probant presbyteros in ordinatione presbyterorum etiam manus imponere. Ex Concilio Carthagin. 4.c.3. Vbi dicitur, *vt in presbytero consecrando non solum ab Episcopo, manus suas super caput eius tenente consecretur, sed & presbyteri præsentes manus suas super caput illius teneant.* Et adhuc probari potest ex epistola Firmiliani ad B. Cyprianum, quæ extat inter eius opera, & est 47. *quando*, inquit, *omnis potestas & gratia in Ecclesia constituta sit, vbi præsident maiores natu, qui & baptizandi, & manum imponendi & ordinandi possident potestatem.* Et ex ipso B. Cypriano epist. 47. fratribus in plebe constitutis. Vbi ait quod Clerus & Episcopus manũ imponebant. Et respondetur illam impositionem manuum quam presbyteri in ordinatione presbyterorum exhibent, non esse Sacramentalem, si per se spectetur, nam vt diximus ex

B. Chrysostomo in Actis, qui ordinat debet tangere caput ordinantis, at presbyteri non tangunt illud, sed tantum manum Episcopi can. 8. dist. 23. Et glossa addit in cap. presbyter de sacramentis non iterandis, presbyteros quidem manus imponere super caput presbyteri ordinandi, sed leuare eas quando episcopus incipit consecrare. *Quando*, ait, *Episcopus incipit orationem ad benedicendum Sacerdotem, tum presbyteri, qui primo tangebant, debent eleuare manus, ita quod non tangant caput ordinandi.* Et deinde illi presbyteri non benedicunt, nec verba consecrationis proferunt, adde quod licet vnà cum Episcopo ordinarent, non possent tamen soli ordinationem presbyterorũ peragere, quare constitutiones Apostolicæ lib. 8. cap. 16. in ordinatione presbyterorum, non requirunt nisi præsentiam aliorum presbyterorum & diaconorum. πρεσβύτερον χειροτονῶν ὦ ἐπίσκοπε τὴν χεῖρα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐπιτίθει αὐτός, τοῦ πρεσβυτερίου παρεστῶτός σοι καὶ τῶν διακόνων. id est, *Presbyterum ordinans episcope, manum ipse capiti impone, presbyterio assistente & diaconis*, &c.

CAPVT VIII.

Porro Presbyterium de quo egimus supra tempore Apostolorum, idem erat ac Concilium & conuentus Apostolorum, Ignat. epist. ad Trallianos, οἱ δὲ πρεσβύτεροι ὡς συνέδριον Θεοῦ καὶ σύνδεσμος ἀποστόλων Χριστοῦ, i. *Presbyteri sunt consessus quidam & colligatio Apostolorum Christi.* Et ep. ad Smirn. considerat presbyterium, vt Apostolos, τῷ πρεσβυτερίῳ δέ, ὡς τοῖς ἀποστόλοις. Quemadmodum & Conciliũ Sacerdotum apud Iudæos, dicebatur Presbyterium Lucæ cap. 22. vers. 66. συνήχθη τὸ πρεσβυτέριον τοῦ λαοῦ, quod & statim dicitur, τὸ συνέδριον, eod. versu 66. & Actor. cap. 22. v. 5. sicut Princeps Sacerdotum testatur mihi, καὶ πᾶν τὸ πρεσβυτέριον, & huius Synedrij seu conuentus Sacerdotum & Presbyterorum sæpe mentio fit in Act. Apostol. cap. 4.

Vt congregarentur Principes eorum & Seniores, & Scribæ in Hierusalem. Et cap. 23. Accesserunt ad principes Sacerdotum & Seniores, & cap. 24. Princeps, Sacerdotum, Ananias cum Presbyteris, & cap. 25. Adierunt me Principes Sacerdotum & Seniores Iudæorum. CAPVT VIII.

Ad instar verò eorum, & similiter factum est ab Apostolis, vt cõuentus eorum componeretur ex Apostolis & Presbyteris, & diceretur Presbyterium, epist. 1. ad Timoth. cap. 4. Idque apparet Act. cap. 15. vers. 4. Cùm venissent Hierosolymam suscepti sunt ab Ecclesia, & ab Apostolis & Senioribus. Et vers. 22. Tunc placuit Apostolis & Senioribus cum omni Ecclesia eligere viros ex eis, & vers. 22. & 41. Custodire præcepta Apostolorum & Seniorum. Et c. 16. vers. 4. Tradebant eis dogmata custodire, quæ erant decreta ab Apostolis & Senioribus qui erant Hierosolymis. Et cap. 20. vers. 17. Vocauit Presbyteros Ecclesiæ, & cap. 21. vers. 18. Omnesque collecti sunt seniores. Multa enim acceperunt Apostoli à Iudæis, vt ait B. Hieronym. epist. ad Euagrium, *Et vt sciamus*, inquit, *traditiones Apostolicas sumptas de veteri testamẽto, quod Aaron & filij eius, atque Leuitæ in templo fuerunt, hoc sibi & Episcopi, & Presbyteri & Diaconi vindicent in Ecclesia*. Et Clemens l. 8. Constitutionum Apostolicarũ c. 46. *A Moyse namque qui fuit Deo charissimus, constituti sunt Pontifices, Sacerdotes, & Leuitæ, à Saluatore nostro, nos tredecim Apostoli, ab Apostolis verò, ego Iacobus, & ego Clemẽs, & alij nobiscum, communiter vero à nobis omnibus Presbyteri, Diaconi, Hypodiaconi, & Lectores.* Sicut ergo apud Iudæos, Presbyterium erat Synedrion & conuentus Pontificum, Sacerdotum & Presbyterorum, ita & apud Apostolos Presbyteriũ erat cætus Apostolorum, & Presbyterorum, quod maxime patet ex eo quod cum 1. ad Timoth. cap. 4. Timotheus dicatur ordinatus, per manuum impositionem Presbyterij. Idem epist. 2. cap. 1. dicitur ordinatus per manuum Pauli impositio-

Caput VIII. nem, & per consequens Paulus fuit portio illius Presbyterij, cùm ordinauit Timotheum, & sane Presbyterium non est tantum cœtus Presbyterorum exclusis Episcopis. D. Cyprian. epist. 40. ad Cornelium Papam, *placuit contrahi Presbyterium, adfuerant etiam Episcopi quinque*. Idemque dicitur à Cornelio epist. ad Cyprianum.

Vnde B. Basilius epist. 62. Ecclesiæ Neocæsariensi, mortuo Gregorio eius Ecclesiæ Episcopo, ait Synedrion eius Coryphæum desiderare, ἐπεὶ τὸ ἱερὸν συνέδριον τὸν κορυφαῖον ἐπιποθεῖ. id est, *Sacer consessus Coriphæum aliquem desiderat*. Et Epiphan. hæresi 69. §. 3. συγκαλεῖται τοίνυν τὸ πρεσβυτέριον, ὁ Ἀλέξανδρος καὶ ἄλλους τινὰς ἐπισκόπους παρόντας, id est, *conuocauit Presbyterium Alexander, & alios quosdam episcopos qui aderant.*

Nam & πρεσβυτέρων συνέδριον dixit Gregor. Nazian. Orat. 33. Presbyterium tamen sumitur pro ipso Clero B. Basil. epist. 63. Clericis Ecclesiæ Neocæsariensis, εἰ καὶ ὅτι πρώην κοινῇ παντὶ τῷ πρεσβυτερίῳ γράψαντες, οὐδεμιᾶς παρ' ὑμῶν ἀποκρίσεως ἠξιώθημεν, id est, *licet & paulò ante communiter toti Presbyterio scriberemus, nullo nos responso dignati sitis*. Idem pro Presbyterio dixit Clerum epist. 4. γράμματα τοῦ κλήρου, & epist. 192. Nicopolitanis Presbyteris, πάντα κλῆρον, τόν τε κατὰ τὴν πόλιν, καὶ τὸν ἐπὶ τῆς παροικίας μετὰ παντὸς τοῦ λαοῦ τοῦ φοβουμένου τὸν κύριον, ἀσπαζόμεθα δι' ὑμῶν. i. *Clerum vniuersum, & eum qui in ciuitate, & eum qui in par[...]ia est, cum omni populo timenti Dominum per vos salutamus.* Et plenitudinem Cleri alia epist. ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ πληρώματος τοῦ ὑπὸ σε κλήρου. Vnde in Clerum admitti dixit ἐναριθμεῖν τῷ ἱερατικῷ πληρώματι. epist. 192. dicebant etiam de Presbyteris eos in Presbyterium recipi, Gregor. Nazian. Orat. 20. loquens de Episcopo, qui Presbyterum ordinauit B. Basilium, sic ait, τοῖς ἱεροῖς τοῦ πρεσβυτερίου θρόνοις πῶς ἐγκαταλέξασα, id est, *In sacros Presbyterij thronos allexit.* Et Theodoretus in epist. ad Philippens. cap. 1. pro eo quod dicitur in epist. ad Titum, *vt constituas Presbyteros*

byteros legit, vt constituas Presbyterium. Et Euseb. lib. 6. Historiæ cap. 7. sumpsit Presbyterium pro ordine Presbyteri loquens de ordinatione Origenis, χειρὰς εἰς πρεσβυτέριον αὐτῷ τεθείκασι: & loquens de Nouato dixit lib. 6. cap. 35. κατηξιώθη τοῦ πρεσβυτερίου. Et de Malchione lib. 7. cap. 23. πρεσβυτερίου τῆς αὐτόθι παροικίας ἠξιωμένος. Cæterum Clerus sæpissime cum Episcopo constitutus, & ita Helena apud Socratem lib. 1. cap. 14. Ecclesiis cõstructis Episcopum designandum & Clerum sacrum constituendum curat, & cap. 16. Iberes Episcopum & sacrum Clerum petunt. CAPVT VIII.

Porro in epistola S. Ignatij ad Romanos, vbi dicitur de Ecclesia Romana in eius inscriptione, ἥτις προκάθηται ἐν τόπῳ χοροῦ Ρωμαίων, & in veteri versione Latina, *quæ præsidet in loco chori Romanorum*, per chorum intelligendus est Clerus, & Presbyteriũ: nam idem Ignatius epist. ad Ephesios, comparat Choro Presbyteriũ, & epist. ad Magnes. appellat Presbyterium coronam spiritualem, & veteres dixerunt Chorum Astrorum, chorum Pleiadum, sed quis est locus ille Chori Romanorum is scil. inquo laudatur Deus, Clemens Alexandr. 2. Pædagogi cap. 4. *Quis est Chorus qui psallit, ipse tibi narrabit spiritus, laudatio eius in Ecclesia sanctorũ.* Et Chori nomen aliquid est honoratius quàm Conuentus S. Chrysostom. in epist. 1. ad Corinth. cap. 12. *In Ecclesia sunt membra diuersa, alia quidem præstantiora & honoratiora, alia minora & inferiora, vt sunt* παρθένων χοροί, χηρῶν σύλλογοι, οἱ τῷ ἐν γάμῳ σώφρονι λαμπόντων φρατρίαι, i. *Virginum chori, viduarum cœtus, & eorum qui in honesto resplendent matrimonio sodalitates.*

CAPVT IX.

NEc Presbyteri ideo censendi sunt Episcopi, quia dicuntur præsidere, epist. ad Timoth. cap. 5. *qui bene præsunt Presbyteri duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo & doctrina.* Et à Firmiliano

CAPVT IX.

epist. ad Cyprianũ loco citato. Et Tertullian. in Apologetico *præsident probati quique seniores honorem istum non pretio, sed testimonio adepti.* Nam Presbyteri præsunt non tanquam Episcopi, sed tanquam Presbyteri, præsunt inquam tanquam consortes cum Episcopis, in doctrina populorum & in confectione corporis Christi, vt ait Isidorus lib. 2. de Ecclesiasticis officiis, cap. 7. *Presbyteri*, inquit, *interpretantur seniores, quia seniores ætate Græci Presbyteros appellant, his enim sicut Episcopis dispensatio mysteriorum commissa est, præsunt enim Ecclesiis Christi, & in confectione diuini corporis & sanguinis consortes cum Episcopis sunt, similiter & in doctrina populorum, & officio prædicandi, sed sola propter authoritatem summo sacerdoti clericorum ordinatio & consecratio reseruata est, ne à multis Ecclesiæ disciplina vindicata concordiam solueret, & scandala gigneret.* Et S. Epiph. hæresi Arianorum, dicit Arium præpositum fuisse Ecclesiæ Baucaulensi, ὃς προεϊστάτο τῆς Ἐκκλησίας τῆς Βαυκάλεως οὕτω καλουμένης. apud Iustinum vero Apologia 2. non dicitur. quis sit προεστὼς Episcopus ne sit an Presbyter, & pro vtroque sumi potest, nam ille dicitur præsidere conuentibus, siue fiant in vrbibus siue in agris, κατὰ πόλεις, ἢ ἀγρούς, vt in vrbibus præsint Episcopi, in agris Presbyteri, ille enim προεστὼς primus fundit preces, & populus clamat, Amen. Item apud eum deponuntur collectæ Christianorũ: vel etiam præsident cum non habent Episcopum i,n epistola S. Ignatio adscripta, ad Antiochenos, οἱ πρεσβύτεροι ποιμάνατε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον ἕως ἀναδείξῃ ὁ Θεὸς τὸν μέλλοντα ἄρχειν ὑμῶν. Id est, *Presbyteri pascite gregem qui inter vos est, donec Deus designauerit eum, qui principatum in vobis habere debet.* Et ita mortuo Hygino Papa Romano, Presbyteri Ecclesiam regebant ad quos veniens Marcion, excommunicatus à Patre suo Episcopo petiit, vt in communionẽ admitteretur; & non est admissus, vt refert idem Epip. hæs. Marcionistarũ. Et Fabiano etiam mortuo idem Clerus Romanus, confirmauit sententiam Cypriani de

lapsis per litteras, & Concilium habuit de ea re cum Episcopis vicinis, epistola eiusdem Cleri ad Cyprianum. CAPVT IX.

Et temporibus Antonini Caracallæ cum Bisantij Ecclesia non habuisset Episcopũ & Presbyter quidam per octo annos eam administrasset, Philadelpho in ea primum constituto & electo Episcopo, is Presbyter cessit sine querella, quod non fecisset si tãquam Presbyter potuisset pretendere titulum Episcopi, testis huius rei est Cedrenus in Antonino. Ἐπὶ τούτου πρῶτος ἐπίσκοπος κατέστη Βυζαντίου Φιλάδελφος ἔτη τρία, πρώην γὰρ προεΐστατο τῆς Ἐκκλησίας ἔτη η πρεσβύτερός τις. I. *eo tempore primus Episcopus Byzantij constitutus est Philadelphus, & annos tres præfuit, ante enim per octennium Ecclesiæ præfuit quidam Presbyter:* Sed quod Philadelphus Byzantij dicitur primus Episcopus constitutus, hoc non pertinet ad Byzantinã Thraciæ ciuitatem quæ plures habuerat ante Episcopos: adde quod nullus reperitur Philadelphus inter Byzantinos, vt necessario de alia ciuitate locus ille intelligendus sit, non de Constantinopolitana. Atque Presbyteri sunt necessarij, vt præsint Ecclesijs maxime rusticanis & minoribus, nam & Christus ipse circuibat, non solum ciuitates & vicos, Matth. cap. 9. vers. 35. *Circuibat Iesus omnem ciuitatem, & vicum.* Et Euseb. lib. 2. cap. 3. Ecclesia Christi breui tempore referta est innumerabili multitudine hominum, ἀνὰ πάσας πόλεις καὶ κώμας, id est, *in omnibus ciuitatibus & vicis.* Et lib. 7. cap. 19. Presbyteri dicuntur prædicare verbum Dei in singulis pagis.

Et Clemens in epistola ad Corinthios describit Apostolos κατὰ χώρας καὶ πόλεις κηρύσσοντες, id est, *per pagos & vrbes prædicantes.* Et Act. cap. 13. dicitur de Barnaba & Paulo, & confugerũt in ciuitates Lycaoniæ, Lystrã, & Derben, & finitimam regionem, vbi B. Chrysost. ait. ὥστε καὶ ἐν ταῖς χώραις ἀπιέναι, οὐκ ἐν πόλεσι μόνον. *Vt & in vicos, & non in solis ciuitates transitum fecerint.* Et Presbyteri etiam habent Cathedræ honorem in Syn.

CAPVT X.

Ancyrana can. 1. Et apud Origenem tractatu 16. in Matthæum, *Episcopi autem & Presbyteri quibus traditæ sunt cathedræ*. Et Gregor. Nazian. orat. 20. loco supra citato. Imo habent & Presbyteri in suis cathedris successionem Epiphan. hæresi 79. §. 3. ἐξ οὗ τῶν ἐπισκόπου καὶ τῶν προειρημένων ἀποστόλων κατεστάθησαν διαδοχαὶ ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων ἐν οἴκῳ Θεοῦ. 1. *ab eo Episcopo & à prædictis Apostolis constitutæ sunt successiones Episcoporum & Presbyterorum in domo Dei.*

CAPVT X.

SEcundo dici potest Actor. cap. 20. & epist. ad Titum cap. 1. Presbyteros appellari Episcopos, quia multi ex illis initio nascentis Ecclesiæ ad promouendam fidem, præter ordinationem Presbyteri, acceperant ordinationẽ Episcopi erantq; ordinati Episcopi, sed sine sede & titulo, quod probatur maxime Act. c. 20. his verbis, *Erant autẽ quidam in Ecclesia quæ erat Antiochiæ Prophetæ ac Doctores, Barnabas, Simõ, & Lucius, & Manaen qui erat Herodis Tetrarchæ collactaneus, & Saulus. Ministrantibus autẽ illis Domino, & ieiunantibus, dixit illis Spiritus sanctus* Segregate *mihi Saulũ & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos: tunc ieiunantes & orantes, imponentesq; eis manus, dimiserunt illos, & ipsi quidem missi à Spiritu sancto, abierunt Seleuciam & inde nauigauerunt Cyprum.* Cùm enim ex iis, alij iubeantur ordinare, & alij ordinari, sequitur necessario, quod aliqui erant ordinati Episcopi, alij non, nam Barnabas & Saulus nondum erant ordinati, alij verò erant, vt pote quibus præcepit Spiritus Sanctus, vt ordinarent Paulum & Barnabam. Et est notandum eos ordinatos fuisse à Discipulis non ab Apostolis, iubente scilicet Spiritu sancto, quod ideo factum à Spiritu sancto, vt omnes intelligerent, ab ipso regi Ecclesiam, & vt quanto humiliores essent ij qui ordinabãt, tanto purior Dei gratia appareret, vt explicat B. Chrysostom. illo loco. ὅρα πάλιν ὑπὸ τίνων χειροτονεῖται, ὑπὸ Λουκίου, τοῦ Κυρηναίου, καὶ Μαναῆ, μᾶλλον

δὲ ὑπὸ τοῦ πνεύματος, ὅσα γὰρ τὰ πρόσωπα ἐλάττονα ἐστι, τοσούτῳ γυμνοτέρα ἡ τοῦ Θεοῦ φαίνεται χάρις. Id est, *Vide rursus à quibus ordinantur, à Lucio Cyrenæo, & Manae, imo à spiritu, quanto enim personæ humiliores & minores erant, tanto purior Dei gratia apparet.* Nec illa ordinatio imminuit potestatem Apostolorum; aut illis iniuriam fecit, qui cùm essent pleni eodē spiritu non habebant vnde acciperēt iniuriā, sciētes non fraudibus aut insidiis Discipulorū, vel aliquo motu animorū incondito id factum esse, sed cōsilio diuino ordinatū fuisse. Et vt ait S. Bernardus ep. 276. ad Papā Eugeniū, *ordinatissimū aliquando est, minus interdum aliquid ordinate fieri.* Tunc vero id maxime necessarium fuit, vt citius prædicatio procederet, nam sicut olim Deus omnibus dixerat, *Crescite & multiplicamini, & replete terram,* ita & Christus dixit initio discipulis suis, *Ite prædicate Euangeliū omni creaturæ,* sed tandem omnia in Ecclesia ordinem suum seruarunt, sicut & olim, vt ait Tertullian. exhort ad castitatem, *per aliam vocem illud crescite & multiplicamini abolitum fuit.* Et recte idem Tertull. eodem libro, *semper initia laxantur, fines contrahuntur, propterea quis syluam instituit, & crescere sinit, vt tempore suo cædat syluam, erat vetus dispositio, quæ in Euangelio nouo deputatur, id quo & securis ad radicem arboris posita est.* Nam vt recte docet S. Athanas. epist. ad Ammum monachum, idem quodcunque id fit in aliquo quidem & in tempore non licet, id aliquo autem oportune permittitur ac conceditur. Et ipsa lex plerumq; sui ipsius cōtinet abolitionē, ὁ νόμος τὴν ἑαυτοῦ κατάλυσιν περιέχει; vt loquitur Oecumen. ep. 2. ad Corint. Denique πολλὴ δὲ ἡ σοφία περὶ τὴν παιδαγωγίαν αὐτοῦ ποικίλος εἰς σωτηρίαν. i. *in pædagogia ipsius (Christi) magna est sapientia, & varia est eius administrationis ratio ad salutem,* vt ait Clem. Alexandr. lib. 1. pædagogi cap. 8. *Et verbum eius se accommodat, & reddit conforme temporibus, personis, locis,* συναρμόζεται δὲ συσχηματίζεται καιροῖς, προσώποις, τόποις. vt habet idem Clem. Alexand. lib. 2. Pædagog. cap. 4.

CAPVT X.

CAPVT X. Et idcirco cùm postea Antiochiæ orta fuisset quæstio de circuncidendis gentibus, & Barnabas & Paulus dicerent non esse circuncidēdos, missi sunt Hierusalem ad Apostolos. Atque Apostoli & Discipuli, ita erant securi, benigni, & sibi & alijs salutares, vt haberent & regerent Ecclesiam, atque vniuersum orbem quasi vnam domum. B. Chrysostom. Act. cap. 11. ὅρα διὰ τῶν μικρῶν πάντα κατασκευαζόμενα. τὸ κήρυγμα αὐξανόμενον. τοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις πάντων ὁμοίως φροντίζοντας, ὡς μίαν οἰκίαν τὴν οἰκουμένην ἔχοντας. i. *Vide per paucos omnia fieri, prædicationem crescere, eosque qui Hierosolymis sunt curam omnium pariter gerere, & quasi vnam domum totum orbem habere.* Et Actor. cap. 1. vbi loquitur de Iacobi electione in sede Hierosolymitana, καὶ ὅρα τὴν ἐπιείκειαν Ἰακώβου, αὐτὸς ἔλαβε τὴν ἐπισκοπὴν τὴν ἐν Ἱεροσολύμοις καὶ τότε οὐδὲν διαλέγεται. ὅρα δὲ καὶ τῶν ἄλλων μαθητῶν τὴν ταπεινοφροσύνην, πῶς αὐτῷ συγχωροῦσι τὸν θρόνον, καὶ οὐκ ἔτι ἀμφισβητοῦσι πρὸς ἀλλήλους ὥσπερ γὰρ ἐν οὐρανῷ ἡ ἐκκλησία ἐκείνη ἦν οὐδὲν ἔχουσα βιωτικὸν οὐ τοίχοις, οὐδὲ μαρμάροις, ἀλλὰ προθυμίᾳ τῶν συνιόντων ἀπολάμπουσα. i. *Et vide modestiam Iacobi, ipse acceperat Episcopatum Hierosolymis, & tamen hic nihil loquitur, vide autem & aliorum Discipulorum humiliationem, quomodo concedunt illi thronum, nec dubitant inter se, Ecclesia enim illorum talis erat qualis est in cælo, nihil habens seculare, non parietibus, non marmoribus, sed alacri feruore eorum qui conuenerant resplendens.*

Et epist. ad Titum cap. 1. καθάπερ οἰκίαν τὴν οἰκουμένην διανειμάμενοι οὕτως ἅπαντα διῴκουν, καὶ τῶν ἁπανταχοῦ ἐπεμέλοντο. ὁ μὲν τοῦτο, ὁ δὲ ἐκεῖνο λαβὼν τὸ μέρος. i. *Veluti domum vnam, orbem totum inter se distribuentes, ita vniuersa disponebant, vt omnium vbique curam gererent, & hic quidem hanc, ille aliam partem accipiebat.*

Et sæpissime Apostoli, ad alios referebant eisque communicabant, etiam quod ipsi per se facere poterant, vt de Mathiæ electione & Diaconorum constitutione, testantur Acta Apostolorum, & B. Chrysostomus in eis. Et epist. 2. ad Corinth. cap. 8. ἄκουσον

γοῦν ἐπὶ τῶν Ἀποστόλων, πῶς ἀλλαχοῦ τοῖς ἀρχομένοις κοινωνοὺς τῆς γνώμης ἐλάμβανον. καὶ γὰρ ὅτε τοὺς ἑπτὰ ἐχειροτόνουν τῷ δήμῳ πρότερον ἐκοινώσαντο. καὶ ὅτε τὸν Ματθίαν ὁ Πέτρος, τοῖς παροῦσι ἅπασι τότε καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξίν, οὐ γὰρ ἀρχόντων τῦφος ἐστὶ τὰ ἐνταῦθα, οὐδὲ ἀρχομένων δουλοπρέπεια, ἀλλὰ ἀρχὴ πνευματική, τούτῳ μάλιστα πλεονεκτοῦσα, τῷ τὸ πλεῖον τῶν πόνων ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας ἀναδέχεσθαι φροντίδος, οὐ τῷ τιμὰς πλείους ἐπιζητεῖν, καὶ γὰρ ὡς μίαν οἰκίαν δεῖ τὴν ἐκκλησίαν οἰκεῖν, ὡς σῶμα ἓν οὕτω διακεῖσθαι πάντας. i. *Audi quippe de Apostolis, quo pacto ipsi persæpe eos quibus præerant consortes consilij accipiebant, nam & quando septem ordinarunt Diaconos, populo prius communicarunt, & cùm Petrus Mathiam, omnibus qui aderant viris & mulieribus communicauit, neque enim hæc in fastu eorum qui præsunt, aut in seruili famulatu eorum qui subsunt posita sunt, sed imperium est spirituale, hoc præcipue superior, quod plus laboris pro vestræ salutis cura suscipiat, non autem quod plures honores requirat. Etenim oportet, vt vnam domum sic Ecclesiam habitare, & vt vnum corpus sic omnes se habere, & esse dispositos.* Et in Acta cap. 1. de Matthiæ electione, κοινοῦται αὐτοῖς, ἵνα μὴ περιμάχητον τὸ πρᾶγμα γένηται, καὶ εἰς φιλονεικίαν ἐμπέσωσιν, &c. i. *Communicat cum illis, ne res verteretur in pugnam, ac delaberetur, in contentionem; nam si ipsis hoc accidit multo magis accidisset illis.* Et paulò post quærit an non licebat Petro eligere, & non communicare aliis, & ait licuisse, sed id eum noluisse facere, ne cui videretur gratificari, τί οὖν ἑλέσθαι, τὸν Πέτρον, αὐτὸν οὐκ ἐξῆν, καὶ πάνυ γε, ἀλλ' ἵνα μὴ δόξῃ χαρίζεσθαι, τοῦτο οὐ ποιεῖ. i. *An non licebat Petro ipsum Matthiam eligere, & maxime licebat, verum, ne cui videretur gratificari, id non facit.* Idemque dicit de electione Diaconorum cap. 7. in Acta, οὐκ οἰκείᾳ γνώμῃ πράττουσιν, ἀλλὰ (πρότερον) ἀπολογοῦνται τῷ πλήθει. i. *Non propria sententia faciunt, sed prius rationem reddunt multitudini.* Et paulò post. οὔτε πάλιν δυνάμενοι αὐτοὶ ἐκλέξαι πνεύματι κινούμενοι τοῦτο ποιοῦσιν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν πολλῶν μαρτυρίας τὸ δοκοῦν πᾶλλον ἱστῶσι. Id est, *Neque rursus cùm possent ipsi eligere spiritu moti, hoc fa-*

CAPVT X.

CAPVT X.

ciunt, sed magis in eo quod multorum testimoniis approbatur consistunt.

Et hoc sensu potuit dicere B. Hieronym. quod antequam diaboli instinctu studia in religione fierent in populis, communi consilio Presbyterorum Ecclesiæ gubernabantur: sed ideo non est dubitandum, quin esset distinctio inter Apostolos & Presbyteros, quin Petrus esset caput Ecclesiæ, Iacobus esset Hierosolymorum Episcopus, Timotheus Asiæ, Titus Cretæ, & quin constituti essent in Ecclesiis Presbyteri, Actor. 14. Nam & Apostoli si quid Discipuli eorum, vel Presbyteri & alij inferiores fecissent, id faciebant ex iussu, vel permissione Apostolorum, vt apparet ex epistolis B. Pauli ad Titum & Timotheum; & insuper illud ab Apostolis confirmabatur, & approbabatur, B. Chrysostom. in 1. ad Corinth. cap. 4. οὐδεὶς γὰρ ἦν ἐν Ἀποστόλοις φθόνος, ἀλλὰ πρὸς ἕν ἑώρων, τῆς ἐκκλησίας τὴν οἰκοδομήν, καὶ εἰ ἐλάττων ἦν ὁ ἐργαζόμενος, συνεκρότουν αὐτὸν μετὰ σπουδῆς ἁπάσης. I. *Nulla erat in Apostolis inuidia. sed vnum spectabant nempe Ecclesiæ ædificationem, atque si is qui in eo laborabat & operabatur erat minor & inferior illis, comprobatione sua omni studio adiuuabant eum.* Et ita vel approbabant Apostoli quod factum erat ab inferioribus suis, vel eos delegabant, qui vices eorum implerent, sicut ait Theodoretus epist. 78. *Beatissimus Timotheus, diuini Pauli vices ab eo missus impleuit.* Non voluit ergo B. Hieronym. tollere primatum, ordinem & prærogatiuam ministrorum ab Ecclesia, quam Deus ipse ordinauit, vt ait B. Paul. 1. ad Corinth. cap. 12. *Et quosdam quidem posuit in Ecclesia, primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde gratias orationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum.* Vbi non tantum ait hæc esse necessaria in Ecclesia, sed illorum ordinem posuit, vt obseruat B. Chrysost. in eo loco, τὸ γὰρ πρῶτον ἐνταῦθα καὶ δεύτερον οὐχ ἁπλῶς εἴρηκεν, ἀλλὰ προστάττων τὸ προτιμότερον, καὶ τὸ καταδεέστερον δεικνύς, διὸ καὶ τοὺς ἀποστόλους προέθηκεν οἱ πάντα ἐν ἑαυτοῖς εἶχον

εἶχον τὰ χαρίσματα, καὶ οὐκ εἶπεν, οὓς μὲν ἔθετο ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀποστόλους ἁπλῶς, ἢ προφήτας, ἀλλὰ πρῶτον καὶ δεύτερον καὶ τρίτον τίθησι, τὸ αὐτὸ τοῦτο ὅπερ εἶπον, ἐμφαίνων. i. *Primum enim & secundum, non absolute dixit, sed præficiens præferendum, & quod inferius est ostendens, quamobrem, & Apostolos antepo suit, qui omnia in se habebant dona, & non dixit, quos posuit Deus in Ecclesia Apostolos simpliciter, & absolucè, aut Prophetas, sed primo, & secundo, & tertio, hoc ipsum quod dixi, intimans.* Et S. Paulus dicebat epist. 1. ad Corinth. cap. 14. *& spiritus Prophetarum Prophetis subiecti sunt.* Et cum, vt ait Gregor. Nazianzen. Orat. 26. Paulus ipse id affirmet, non est cur de ea re dubites. Et Theodoretus ibidem id exemplis ostendit, οὕτως Ἰησοῦς ὑπετάσσετο τῷ Μωυσεῖ, οὕτως ὁ Ἐλισσαῖος τῷ Ἠλίᾳ, οὕτως τῷ Ἐλισσαίῳ τὸ πλῆθος τῶν προφητῶν, οὕτως αὐτῷ τῷ Ἀποστόλῳ Τιμόθεος, καὶ Τίτος, καὶ οἱ λοιποί. i. *Ita Iesus subijciebatur Moysi, ita Helisæus Heliæ, ita ipsi Helisæo multitudo Prophetarum, ita ipsi Apostolo Timotheus, & Titus, & reliqui.* Et notanda est ratio quam, postquam dixit & spiritus Prophetarum Prophetis subiecti sunt, addidit, enim, *non enim est dissensionis Deus, sed pacis. sicut in omnibus Ecclesiis sanctorum.* Quasi velit dicere, nisi illa subiectio seruetur in Ecclesia, breui futurum, vt Ecclesia dissensionibus dissoluatur. Et concludit tãdem caput his verbis, *Omnia autem honestè, & secundùm ordinem fiant.* Vbi ita Chrysostomus, οὐδὲν γὰρ οὕτως οἰκοδομεῖ ὡς εὐταξία, ὡς εἰρήνη, ὡς ἀγάπη, ὥσπερ δὴ καὶ τὰ ἐναντία διαλύει. οὐκ ἐν τοῖς πνευματικοῖς δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι τοῦτο ἴδοι τις ἄν. ἄν τε γὰρ ἐν χορῷ, ἄν τε ἐν πλοίῳ, ἄν τε ἐν ἅρματι, ἄν τε ἐν στρατοπέδῳ τὴν τάξιν συγχέῃς, καὶ τὰ μείζονα τῆς οἰκείας χώρας ἐκβαλών, τὰ ἐλάττονα εἰσαγάγῃς εἰς τὴν ἐκείνων τάξιν πάντα διέφθειρας, καὶ οὕτω τὰ ἄνω κάτω γίνεται. μὴ τοίνυν, μηδὲ ἡμεῖς τὴν τάξιν διαφθείρωμεν μηδὲ τὴν κεφαλὴν κάτω ποιῶμεν, καὶ τοὺς πόδας ἄνω. i. *Nihil enim ædificat vt ordo rectus, vt pax, vt charitas, sicut etiam contraria dissoluunt, non solum autem in spiritualibus, sed & in alijs omnibus hoc viderit quiuis, siue enim in choro, siue in nauigio,*

CAPVT X.

CAPUT X.

siue in exercitu ordinem cōfundas, & maiora suo loco eijciens, minora in eorum ordinem induxeris, omnia corrumpis, & sic quæ sursunt sunt fiunt deorsum, neque nos ergo ordinem corrumpamus, neque caput deorsum ponamus, neque pedes sursum.

Idemque argumentum copiosè tractat Gregor. in dicta oratione vicesima sexta, cuius tantum quædam verba referemus, τάξις ὅλῳ τὸ πᾶν συνεστήσατο, τάξις συνέχει καὶ τὰ ἐπουράνια, καὶ τὰ ἐπίγεια, τάξις ἐν νοητοῖς, τάξις ἐν αἰσθητοῖς, τάξις ἐν ἀγγέλοις, τάξις ἐν ἄστροις, καὶ κινήσει καὶ μεγέθει, καὶ σχέσει τῇ πρὸς ἄλληλα, καὶ λαμπρότητι. ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων, ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ, &c. I. *Ordo itaque omnia constituit, ordo continet cœlestia, & terrestria, ordo est in intelligibilibus & sēsibilibus, ordo in Angelis, ordo in Astris, & in eorū motu, magnitudine, & habitu ad alia, & in splendore, alia enim est gloria Solis, alia gloria Lunæ & alia gloria Stellarum, Stella enim à Stella differt gloria.* Et deinceps, τάξις κἀν ταῖς Ἐκκλησίαις, τὸ μὲν εἶναί τι ποίμνιον, τὸ δὲ ποιμένας διώρισε, καὶ τὸ μὲν ἄρχειν, τὸ δὲ ἄρχεσθαι καὶ τὸ μὲν οἷον εἶναι κεφαλήν, τὸ δὲ πόδας, τὸ δὲ χεῖρας, τὸ δὲ ὀφθαλμόν, τὸ δὲ ἄλλο τι τῶν μελῶν τοῦ σώματος, πρὸς τὴν τοῦ παντὸς εὐαρμοστίαν καὶ τὸ συμφέρον, ἢ περεχομένων, ἢ περεχόντων. I. *Ordo in Ecclesiis distermināuit gregem & Pastores, & præesse & subesse, & veluti esse caput, esse pedes, esse manus, & esse oculum, & aliud quoddam corporis membrum, ad totius concinnitatem, & vtilitatem eorum qui subiect sunt, aut qui prominent..* Et infra ostendit ordinem fuisse inter Moysem, Aaron & Ithamar, aut Eleazar, & septuaginta Seniores. Denique docet ordinem fuisse inter Apostolos, Βούλει δὲ τὴν ἄλλην παραστήσω σοι τάξιν, καὶ ταύτην ἐπαινετήν, καὶ ταύτην ἀξίαν τῆς εἰς τὸ παρὸν μνήμης καὶ νουθεσίας, ὁρᾷς τῶν Χριστοῦ μαθητῶν πάντων ὄντων ὑψηλῶν, καὶ τῆς ἐκλογῆς ἀξίων, ὁ μὲν Πέτρα καλεῖται, καὶ τοὺς θεμελίους τῆς ἐκκλησίας πιστεύεται, ὁ δὲ ἀγαπᾶτε πλέον, καὶ ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Ἰησοῦ ἀναπαύεται, καὶ φέρουσιν οἱ λοιποὶ τὴν προτίμησιν. ἀναβῆνα δὲ εἰς τὸ ὄρος δέησαν, ἵνα τῇ μορφῇ λάμψῃ, καὶ τὴν θεότητα παραδείξῃ, καὶ γυμνώσῃ,

τὸν ἐν τῇ σαρκὶ κρυπτόμενον, τινὲς συναναβαίνουσι, οὐ γὰρ πάντες ἐπόπται τοῦ θαύματος. Πέτρος, καὶ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης, οἱ πρὸ τῶν ἄλλων, καὶ ὄντες, καὶ ἀριθμούμενοι. Παρεῖναι δὲ ἀγωνιῶντι, καὶ ἀναχωροῦντι μικρὸν πρὸ τοῦ πάθους, καὶ εὐχομένῳ τινὲς οἱ αὐτοὶ πάλιν, αὕτη μὲν ἡ τοῦ Κειστοῦ προτίμησις. ἡ λοιπὴ δ' εὐκοσμία, καὶ τάξις, ὅση, τὸ μὲν Πέτρος ἐρωτᾷ, τὸ δὲ Φίλιππος, τὸ δὲ Ἰούδας, τὸ δὲ Θωμᾶς, τὸ δὲ ἄλλος τις, καὶ οὐδὲ τὸ αὐτὸ πάντες, οὐδὲ τὰ πάντα εἷς. ἀλλ' ἕκαστος ἐν μέρει καὶ καθ' ἕν. καὶ οὗ περ ἕκαστος ἔχρηζεν εἴποις ἄν. ἀλλ' ἐκεῖνο γε τί σοι φαίνεται, βούλεταί τι Φίλιππος εἰπεῖν, καὶ οὐ θαρρεῖ μόνος, ἀλλὰ καὶ Ἀνδρέαν προσλαμβάνει, χρῄζει πυθέσθαι τι Πέτρος, καὶ Ἰωάννην προβάλλεται διὰ θνεύματος, ποῦ τὸ αὐστηρὸν ἐνταῦθα ποῦ δὲ φίλαρχον· Id est, *Vis alium quoque exhibeam tibi ordinem, eumque laudabilem, et dignum præsenti commemoratione, et documento, vides, vti ex Christi Discipulis, magnis vtique omnibus, et electione dignis, hic quidem Petra vocetur, et fundamenta Ecclesiæ sibi credita accipiat, ille plus ametur, et supra pectus Christi requiescat, et reliqui ferant eos hanc habere prærogatiuam. Ascendere vero in montem oportuit, vt forma splenderet ac diuinitatem suam monstraret, et nudaret eum qui carne tegebatur, quinam ascendunt, non enim omnes spectatores fuerunt huius miraculi, Petrus et Iacobus et Ioannes, qui ante alios et erant et numerabantur; Adesse verò oportuit agonizanti, et secedenti paulo ante passionem, et oranti etiam oportuit, quinam adfuerunt iidem illi, atque hæc Christi prælatio. Reliqua vero decētia et ordo quantus est, hoc quidem Petrus interrogat, hoc Philippus, aliud Iudas, aliud Thomas, aliud alius quis, nec idem omnes, nec omnia vnus, sed vnusquisque particulatim, et de vno aliquo. Sed dices vnumquemque quæsiuisse de eo quod cuique opus erat. Verum illud quale tibi videtur, vult aliquid Philippus dicere, et non audet solus, sed Andræam assumit, Petrus aliquid percunctari habet, et Ioannem capitis nutu obtendit.*

CAPVT X.

CAPVT XI

CAPVT XI.

NOn ergo ad tollendam prærogatiuam ordinum B. Hieronymus dixit Epiſcopos & Presbyteros cum Apoſtolis in cõmune gubernaſſe Eccleſiam, ſed ad audaciam frangendam, ferocitatem retardãdam, & tyrannidem comprimendam quorundam Epiſcoporum, qui gloria nominis, & Chriſti imperio intemperanter abutebantur, illam enim dominationem patres tyrannidem vocauerunt, Iſidorus Peluſ. lib. 2. epiſt. 125. & S. Chryſoſt. in cap. 1. epiſt. ad Titum, & Gregor. Nazianz. Orat. 21. & Patres Synodi Antiochenæ aduerſus Paulum Samoſatenſem eius Sacerdotium tyrannidem vocant apud Euſeb. lib. 7. cap. 24. Idemque Gregor. Nazianz. in eadem oratione dixit eos Epiſcopos τυραννεῖν τὴν εὐσέβειαν, id eſt, *tyrannide opprimere pietatem*, & aduerſus illos exclamat orat. 28. ὡς ὄφελόν γε μηδὲ ἦν προεδρία, μηδέ τις τόπου προτίμησις, καὶ τυραννικὴ προνομία, ἵν' ἐξ ἀρετῆς μόνης ἐγινωσκόμεθα, &c. i. *Vtinam autem nulla eſſet præſidentia, neque loci prælatio, & tyrannica prærogatiua, vt ex ſola virtute, cognoſceremur, nunc autem & dextrum hoc & ſiniſtrum, & medium & ſuperius & inferius, & præcedere & ſimul incedere, multas nobis contritiones, in caſſum pepererant.* Atque etiam Presbyter qui contempto proprio Epiſcopo ſeorſum collegerit, & alterum aſtare fecerit, dicitur tyrannus can. 31. Apoſtolorum. Nam vt ait B. Chryſoſt. temporibus Apoſtolorum præfectura non erat honor, ſed cura ſubditorum, ὅτι τότε ἡ ἐπιστασία ἦν, οὐ τιμή, ἀλλὰ πρόνοια τῶν ἀρχομένων. i. *quod tum temporis præfectura non honos erat, ſed cura et ſollicitudo ſubditorum.* Et Gregor. Nazianz. Orat. 1. οὗτος ὅρος πάσης πνευματικῆς προστασίας πανταχοῦ τὸ καθ' ἑαυτὸν παρορᾶν πρὸς τὸ τῶν ἄλλων συμφέρον. i. *hic enim omnis ſpiritualis imperij finis vbique ſuam vtilitatem negligere, præ aliorum commodo.* Et rurſus tanta erat modeſtia Apoſtolorum, & tanta reuerentia erga

Christum Dominum, vt ipsum solum pastorem, & Episcopum animarum S. Petrus appellet epist.1.cap.2. Et S. Paulus Caput Ecclesiæ sæpe nominet, & nec Iacobus à Luca in Actis dicatur Episcopus Hierosolymorum, nec Timotheus aut Titus à Paulo. Atque cum inter Corinthios orta esset contentio, de eorum pastoribus, his inter se dicentibus ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cephæ, non distinguit eos per pastores, & Episcopos suos, sed mauult cõiungere cum vno Christo epist.1.ad Corinthios capite primo. CAPVT XII.

CAPVT XII.

SEd vt ad rem redeamus, diximus aliquos ex illis Discipulis de quibus agitur Actor. c. 13. fuisse non tantum Presbyteros, sed etiam Episcopos, vt possent ordinare Barnabam & Saulum, nam & Nicolaus Papa ad Rodulphum Archiepiscopum Bituricensem, cap.1. 70. Discipulos fuisse Episcopos, *ad formam enim* inquit, 70. *Chorepiscopi facti sunt, quos quis dubitet Episcoporum habuisse officia*; dixi aliquos, nam Barnabas & Paulus erant ex illis Discipulis de quibus agitur in d. cap.13. Actor. & confirmatur ex cap. 8. Actor. in quo Philippus Diaconus non erat Episcopus, & fortasse propter illud incommodum de quo agitur in dicto c.8. factum est, vt plures Discipuli ordinarentur Episcopi, maxime cùm erant mittendi, vt sine difficultate possent omnes Actus Apostolicos exercere, & sine alterius auxilio fidem promouere. Et valde notandum est quod dicitur de Matthia electo in Apostolatum Actor.cap.1. eum quidem esse sorte electum, sed non addi fuisse ordinatum per manuum impositionem, vt dicitur de Diaconis Actor. cap.7. & de Barnaba, & Paulo Actor.cap.13. ex quo licet conijcere ipsum iam ante fuisse ordinatum Episcopũ, cum esset ex septuaginta duobus Discipulis. Ipsi autem licet consecrati essent Episcopi, non dicebantur tamen Episcopi, quia

CAPVT XII. ministrabant tantum, vt Presbyteri, sub Apostolis, erantque Episcopi sine sede & titulo.

Nec id nouum videri debet, nam & ipsi Apostoli, ordinati erant à Christo Episcopi sine titulo, excepto Petro, vt ait Greg. 2. ep. 123. ad Bonifaciũ Moguntinũ Episcopũ, vbi cùm eum misit in Germaniam, dixit se illũ ordinasse Episcopum sine sede ad instar Apostolos. *Tuam*, inquit, *reuerendam fraternitatem, ad imitationem Apostolorum, qui Domino iubente praecepti sunt, euntes praedicate Euangelium Regni, gratis accepistis, gratis date, in partibus hesperiarum, ad illuminationem Germanicae gentis, in vmbra mortis sedentis dirigere praeuidimus.* Et Hincmarus epist. 44. ait illum per annos 25. fuisse sine vlla sede. *Gregorius*, ait, *à primo secundus, sed & tertius Gregor. Vuinfrind cognomento Bonifacium Legatum Apostolicae sedis, ad reformandam Christianitatis Religionem primò Presbyterum, postea verò Episcopum ordinatum direxerunt, cui per annos 25. in eadem praedicatione sine Cardinali sede, laboranti, praefatorum successor Zacharias Papa inter caetera in priuilegio sibi directo scripsit, atque firmauit ad locum.* Exemplo ergo Apostolorum Discipuli potuerunt ordinari Episcopi sine titulo. Et summum Pontificem ita ordinasse quosdam refertur in traditionibus Frisingensibus, vt ipsum Bonifacium. *Soliti*, inquit, *Pontifices Romani legare homines persaepe exteros magna & excellenti virtute Corbinianos & Bonifacios, puta qui Episcoporum munere vbique liberè fungerentur.* Et temporibus Kenethi Regis Scotorum in prima propagatione fidei quae facta est in Scotia, multi fuerunt creati Episcopi sine sede, vt citius curreret Euangelium per illam, vt refertur in legibus Religiosis Kenethi Regis, tomo 1. Concil. Angliae, *Nondum*, inquit, *Scotorum Regnum, vti nunc in Dioeceses diuisum erat, sed quiuis Episcoporum, quos ea aetate vitae sanctimonia cunctis reuerendos fecerat, quocumque fuissent loco, sine discrimine Pontificia munera obibat, qui mos durauit ab hoc anno* 840. *seu à Kenecto Rege vsque ad Macolmum, anno scilicet* 1018. Et inde in-

telligitur quod dicunt Patres Concilij Cabilonensis 2. in Can. 43. de irritandis ordinationibus quos faciũt Scoti. *Sunt*, ait canon, *in quibusdam locis Scoti, qui se dicunt Episcopos esse, et multos negligentes, absque licentia Dominorum suorum, siue Magistrorũ, Presbyteros, et Diaconos, ordinant, quorum ordinationem, quia plerumque in Simoniacam incidit hæresim, & multis erroribus subiacet, modis omnibus irritã fieri debere omnes vno consensu decreuimus.* Ex quo Concilio qui fuit anno 813. colligitur pluribus annis cœpisse hunc morem, Scotorum Episcoporum ante Kenethum Regem. Et S. Athanas. missurus Frumentium in Indiam, prius illum ordinauit Episcopũ; & olim etiam multi ordinati sunt Episcopi honoris tantum gratia, ante Concilium Chalcedonense, vt Barses & Eulogius Monachi teste Nicephoro Calisto lib. 11. cap 14. & Sozomeno lib. 6. cap. 24. & Paulinus quoque Nolæ Episcopus epist. ad Seuerum Sulpitium de se ita loquitur. *Nam ea conditione in Barcinonensi Ecclesia adductus sum, vt ipsæ Ecclesiæ non alligarer, in Sacerdotium tãtum Domini non etiam in locum Ecclesiæ dedicatus.*

CAPVT XII.

Sed ordinati sine populo & clero, vel iis amissis, ministrabant tantum plerumque, vt Presbyteri, quod sæpe obseruatum est in Ecclesia, intantum, vt aliquando nec nomen, nec locum, nec officium gererẽt Episcopi, sed tantum Presbyteri, nam in Concilio Niceno Can. 8 Nouatiani ad Ecclesiã redeuntes Presbyterorum tantum locum tenent, & in eodem Concilio nomen nudum Episcopi, Meletio relictum est, vt habetur in eius Synodica. Et in Concilio Ancyrano Can. 18. Episcopi alicuius loci in eo non recepti, admittuntur vt Presbyteri, in Ecclesia inqua prius Presbyterio fungebantur, idemq; habetur in Synodo Antiochena etiam Can. 18. Et Episcopus qui in aliena parochia publice gerit officium prædicandi, cogitur ab Episcopatu desistere, & quæ sunt Presbyteri munia peragere in Synod. Trullana Can. 20. Et cum Eustatius Pamphyliæ Episcopus, renuntiasset Episcopa-

CAPVT XII.

tui, rogauit postea Patres Concilij Ephesini, vt saltem nomē retineret, vt habetur in eius Synodica epistola. Nam vt ait B. Basil. epist. 263. οὐχὶ γελᾶται τὸ μέγα τῆς εὐσεβείας μυστήριον, ὡς ἄνευ λαοῦ καὶ κλήρου ἐπισκόπων περιερχομένων, καὶ ὄνομα ψιλὸν περιφερόντων. i. *Nonne irridetur magnum pietatis mysterium, dum sine populo & clero ambulant Episcopi, nudum tantum nomen circumferentes.* Et inter Presbyteros, fuerunt etiam aliqui, qui non erant in canone, qui dicuntur περιττοὶ. i. *superflui*, in Nouella Iustin. 16. cap. 1. Statuitur enim in dicto cap. 1. vt quo loco Clerici desunt, superfluis aliarum ecclesiarum ministris defectus suppleatur, quod etiam refert Balsamo in Nomocanone Photij, tit. 1. cap. 26. & in supplemento ad Can. 3. Synodi Antiochenæ, Presbyteri qui sunt in gradu opponuntur superfluis περιττοὶ apud Hesych. sunt περίεργοι, i. vagi & circumeuntes, & ἀριθμὸς περιττὸς Polluci lib. 4. cap. 22. est numerus abundans, & is qui superflua loquitur dicitur, περιττολογῶν à Iustino Martyre dialogo cū Triphone, & Sophistæ dicuntur, σοφοὶ περὶ τὰς τέχνας περιττούς. Et quidquid excedit, περιττὸν, vnde περιττῶς σέβειν est nimium colere, illi vero Presbyteri περιττοὶ apud Græcos, erant similes iis qui non erant in canone, dicuntur enim aliqui Clerici esse, ἐν τῷ κανόνι Synod. Nicænæ Can. 17. vel τοῦ κανόνος in Antiochena Can. 11. Et Zonaras in d. Can. 17. ait in Canone recēseri, esse idem ac in Clero ordinari. Et in Concilio Aruernensi Can. 15. ponitur differentia inter Presbyteros canonicos, qui sunt in aliqua ciuitate vel parochia, & alios, qui non habent titulum, *si quis Presbyteris aut Diaconis, qui neque in ciuitate, neque in parochiis canonicus esse dignoscitur, sed in villulis habitans in oratoriis officio sancto deseruiēs celebrat diuina mysteria*, &c. Et Patriarcha Constantinopolitanus habuit sub se quosdam Metropolitanos sine sede, ad hunc tantum effectum, vt interessent Synodo Patriarchæ, tanquam Metropolitani, cum alij veri Metropolitani huic interesse non possent, vt refert

fert Balsamo in supplemento ad Canonem 37. Apostolorum. *Nota*, inquit, *ex hac Nouella propter quam Patriarchæ Constantinopolitani Prouinciales dicuntur, Episcopus Derci, Episcopus Messanæ, Episcopus Parij, Episcopus Apri, & alij quidam Archiepiscopi & Metropolitani, qui non habeant Episcopos.* Et Nicolaus 2. in Concilio Lateranensi, ait Cardinales Episcopos Metropolitanorum vice fungi, cùm sint tamen tantum Episcopi. Et Bonifacius Moguntinus Gambaldum constituit Episcopum in Ecclesia Ratisbonensi sine sede, vt refertur in Metropoli Salisburgensi, tomo 2. & Zacharias Papa permisit Bonifacio Moguntino, vt propter Senectutem & corporis imbecillitatem, alium pro sua persona in sua sede ordinaret Episcopum, qui curam eius haberet, & post sui diem transitus in locum eius veniret ordinandus. Et refertur can. 17. septima q. 1. & sæpissime delegati fuerunt Episcopi, vt aliquas regerent Ecclesias vacantes, vt de Siderio reffert Synes. epist. 67. quem cum iussu Athanasij administrasset Ptolemaidem, senectus reduxit ad Paganas Ecclesias, & mortuus est sine successore, qui nullius etiam fuerat successor.

CAPVT XII.

Ex his omnibus intelligitur, in illis omnibus locis nihil esse quod nos deuocet de sententia Patrum & traditione Ecclesiæ, non tantũ suggerentis, sed palam docentis, Presbyteros non esse reuocandos ad sortem Episcoporum: diximus enim epist. ad Pilippenses, & epist. ad Timoth. c. 3. Episcopos dici Presbyteros, quia in Episcoporum ordine, Presbyteri, & reliqui ministri vna omnes continentur. Item ostendimus contra, Actor. 20. & epist. ad Titum cap. 1. Presbyteros dici Episcopos, vel quia multa eadem faciunt, & in his ab eorum officio non discrepant, vel quia Presbyteri, etiam vna cum Presbyteratu Episcopatum acceperũt. Nunc pergam ad ea quæ restant dicenda de Apostolis nomen Presbyteri tantum accipientibus, & in scripta sua velut in tabulas referentibus.

CAPVT XIII.

CAPVT XIII.

CÆterum Apostoli hoc nomen amplissimum consecuti, nomen quoque Presbyteri subeunt, nec illud auertunt à se. Nam Petrus epist. 1. cap. 5. dicit se Compresbyterum πρεσβυτέρους τοὺς ἐν ὑμῖν παρακαλῶ ὁ συμπρεσβύτερος καὶ μάρτυρ τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων, id est, *Presbyteros qui in vobis sunt, obsecro, compresbyter & testis Christi passionum.* Et B. Ioannes epist. 2. πρεσβύτερος ἐκλεκτῇ κυρίᾳ, id est, *Presbyter electæ Dominæ & natis eius.* Et epist. 3. πρεσβύτερος Γαΐῳ τῷ ἀγαπητῷ, id est, *Presbyter Gaio dilecto.* Et Actor. cap. 11. per Presbyteros ad quos missi sunt Barnabas & Paulus, possunt intelligi Apostoli, vti & Actor. 21. cum dicitur, *introibat Paulus ad Iacobum, omnesque collecti sunt Presbyteri.* Inde verò non sequitur Apostolos & Presbyteros esse pares, nam manifesta distinctio ponitur Actor. ca. 15. vers. 4 *susceptisunt*, inquit, *ab Ecclesia, & ab Apostolis & Presbyteris.* Et vers. 22. *placuit Apostolis, & Presbyteris cum omni Ecclesia.* Et vers. 23. *Apostoli & Presbyteri, & fratres his qui sunt Antiochiæ & Syriæ, & Ciliciæ, fratribus ex gentibus salutem.* Et versu 41. *Præcipiens custodire præcepta Apostolorum & Presbyterorum.* Et cap. 16. v 4. *cùm autem pertransirent ciuitates tradebant eis custodire dogmata quæ erant decreta ab Apostolis, & Presbyteris qui erant Hierosolymis.* Et aliquando ita agitur separatim de Presbyteris, vt per eos nullomodo intelligi possint Apostoli, vt Actor. cap. 14. *Et cùm constituissent per singulas Ecclesias Presbyteros, & orassent.* Et epist. 1. ad Timot. cap. 5. *qui bene præsunt, Presbyteri duplici honore digni habeantur*, nam in dicto cap. 14. Paulus & Barnabas non constituerunt Apostolos in Ecclesiis, Apostoli enim iam habebant suam ordinationem. Et in dicto c. 5. Timotheus Discipulus non intelligitur mercedē largiri Apostolis, sed Presbyteris. Et deinde nonne nomen Diaconi commune fuit omnibus Apostolis, Episcopis

& Presbyteris? nam B. Paulus vocat se Diaconum ad Ephes. c. 3. & ad Colossens. c. 1. Et Timotheus quoque Episcopus ab eodẽ Paulo Diaconus appellatur epist. 1. ad Timoth. cap. 4. & ad Thessalon. 1. cap. 3. & Tichycus epist. ad Ephes. cap. 5. & ad Coloss. cap. 4. Et Epaphra epist. ad Colossenses cap. 1. & Petrus Actor. cap. 1. vocat Apostolatum Matthiæ, τὸν κλῆρον τῆς διακονίας, καὶ ἀποστολῆς; & tamen Diaconi proprie sumpti distinguntur ab Apostolis & Episcopis, erantque tunc tantum 7. Diaconi, quibus manus impositæ sunt Act. cap. 7. Et idem Paulus epist. ad Philippenses, scribens Episcopis & Diaconis eos nominatim distinguit sicut & epist. ad Timoth. cap. 3. cùm agit separatim de Episcopis & Diaconis; & tamen nemo sanus, & integri sensus, dixerit Diaconos esse eosdem, qui sunt Apostoli & Episcopi. CAPUT XIII.

Apostoli ergo dicunt se Presbyteros, primùm humilitatis causa. Oecumenius de Petro, in eius epist. 1. cap. 5. ταπεινοφροσύνης ἕνεκεν συμπρεσβύτερον ἑαυτὸν λέγει. *i. modestiæ causa seipsum vocat sympresbyterum*, vt diximus in principio. Et quia, vt diximus supra ex B. Chrysost. epist. 1. ad Corinth. cap. 12. *Apostoli omnia alia habebant in se dona*, οἱ πάντα ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντες τὰ χαρίσματα, quemadmodum ante dictum est de Episcopis, eos dici Presbyteros, quia Episcopus coercet & continet suo complexu Presbyteros, Diaconos, & alios, & ab illis tanquam humilioribus gradatim ascenditur ad Episcopũ tãquam superiorem. Et Apostoli qui per Apostolatum in amplissimo dignitatis gradu locati erant, se Presbyteros esse professi sunt, vt ostenderent se minores non dedignari; & moderationis est ex magnis honoribus eligere inferiores, ac non obscuratur Apostolorum dignitas, humili ac demisso Presbyterorum titulo, sed ab illis illustratur, nam cui nihil ad augendum honorem superest hic vno modo crescere potest, si se ipse submittat, securus magnitudinis suæ: & Principes ipsi se dicebant socios militum & commilitones,

CAPVT XIII. quare non sine diuino numine Apostoli hoc exemplum innocentiæ & moderationis, in Ecclesia reliquerunt, vnde vestigia antiqui officij apud omnes remanerent. Nam certissimum est diu retentum fuisse hunc morem in Ecclesia, vt Episcopi siue scriberent ad aliquem superiorem, siue ad inferiorem, illum appellarent Comministrum, Compresbyterum, Condiaconum, vt testatur B. Chrysost. in epist ad Philippenses cap. 1. Καὶ νῦν πολλοὶ συμπρεσβυτέρῳ ἐπίσκοποι γράφουσι, καὶ συνδιακόνῳ, id est, *& nunc multi ita scribunt Compresbytero, & Condiacono.* Quod male negat Author quæstionum in vtrumque testamentum; *Maior ordo*, ait, *intra se & apud se habet minorem: Presbyter enim & Diaconi agit officium, & Exorcistæ, & Lectoris? Presbyterum autem intelligi Episcopum probat Paul. Apostol. quando Timotheum ordinauit Presbyterũ, instruit qualem debeat creare Episcopum: quid enim est Episcopus nisi primus Presbyter, denique non aliter quàm Compresbyteros hic vocat, & Consacerdotes suos, nunquid & Ministros Condiaconos suos dicit Episcopus non vtique, quia multo inferiores sunt, & turpe est Iudicem dicere primicerium.* Et ita Irenæus apud Eusebium lib. 5. c. 24 appellat Romanos Episcopos, Presbyteros, & B. Basilius ep. 72. vocat Meletium συνεργὸν τοῦ εὐαγγελίου, τὸν συμπρεσβύτερον. Idem vero Basilius scribens ad Doroteum, qui erat tantum Meletij Diaconus, vocat eum Syndiaconum epist. 57. & 52. & 50. & hoc more sæpe vtitur Basilius, vt alios vocet Compresbyteros, alios Condiaconos, nam epist. 9. Paulus dicitur Compresbyter, & epist. 58. Sanctesimus, & epist. 82. Strategius, & epist. 192. Theodosius, & epist. 187 Diodorus, & epist. 2. Acacius, Paulus & Syluanus, Et similiter epist. 7. & 8. Elpidius dicitur Condiaconus, & epist. 9. Libanius, & ep. 50. 51. 57. Dorotheus. Et epist. 4. Eustatius. Et Dionysius Alexandrinus epistola Dionysio & Philemoni Presbyteris, vocat eos Compresbyteros, apud Euseb. lib. 7. cap 4. qui etiam meminit alterius epistolæ missæ ad Compres-

byteros Alexandriæ lib.7. cap. 15 estque alia epistola Dionysij Alexandrini ad Paulum Samosatēsem, Episcopum Antiochiæ, in Bibliotheca sancta cum hac inscriptione, *Dionysius, & Compresbyteri Ecclesiæ Alexandrinæ, in Domino salutem.* Et B. August. epist. 19. ad S. Hieronymũ ita inscribit epistolam *Compresbytero Hieronymo Augustinus.* Et Liberius Papa ep. ad Constantiũ misso ad eum Lucifero Episcopo, & Pancratio Presbytero, illum vocat Coepiscopum, & hunc Compresbyterum, *fratrem,* ait, *& Coepiscopum meum sanctum Luciferum, cum Pancratio Compresbytero meo & Hilario Diacono placuit proficisci.* Quamobrem cũ nulla ratio iuris aut æquitatis benignitas patiatur, vt ea quæ sũt voluntatis & humilitatis, ad necessitatem iuris trahantur, & perducantur; hoc salubriter ab Apostolis introductum est, & poterat non introduci, & B. Paulus in epistolis pluribus se dicit Apostolum in inscriptione epistolarũ, in aliis verò non, & nulla est inscriptio qua se dicat Presbyterum, nec inde vlla potest notari consequentia, quia hoc vel libere factum, vel libere omissum fuit. Ad eandem modestiam Apostolorũ & Episcoporum pertinet & quod B. Paulus nec se, nec Timotheum, nec Titum vocat Episcopum, & pariter S. Ignatius, cùm loquitur de se, expresso nomine Ecclesiæ, reticet nomen Episcopi, & pro eo addit, *Vnde non sum dignus dici,* Subaudi Episcopus, vt epist. ad Magnesianos mementote mei in orationibus vestris, ϗ τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας, ὅθεν οὐκ ἄξιος εἰμὶ καλεῖσθαι. *Et eius Ecclesiæ quæ in Syria, vnde non dignus sum vocari.* Et epist ad Trallianos mementote in orationibus vestris; τῆς ἐν Συρίᾳ ἐκκλησίας, ὅθεν ϗ οὐκ ἄξιος εἰμι λέγεσθαι. ὢν ἔσχατος ἐκείνων. *Eius quæ in Syria Ecclesiæ, vnde non dignus sum dici, existens postremus illorum.* In illis enim locis maluit intelligi nomen Episcopi quàm exprimi, ipse tamen vocat alios quosdam Episcopos, vt Damam epistola ad Magnesianos, & Polycarpum eadem epistola, & Polybium epist. ad Trallianos.

Caput XIII.

CAPVT XIII.

Maneat ergo presbyteros non esse episcopos, sed esse sequentis ordinis, & secundæ dignitatis viros, ita enim vocantur Sidon. l. 4. epist. 1 de Mamerto Claudiano fratre Mamerti episcopi,

Antistes fuit ordine in secundo
Fratrem fasce leuans Episcopali,
Nam de Pontificis tenore summi,
Ille insignia sumpsit, hic laborem.

Et epist. 25. appellat Ioannem presbyterum qui postea electus fuit episcopus Cabilonensis, secundi ordinis Sacerdotem, dicuntur vero presbyteri secundi ordinis, vel dignitatis, presbyteri enim nomen duobus modis sumitur, significat enim ætate seniorem, vel in honore presbyterali positum, Chrysost. epist. ad Timoth. cap. 5 ad illa verba, seniorem ne increpaueris, Ἆρα τὸ ἀξίωμα νῦν φησιν, οὐκ ἔγωγε οἶμαι, ἀλλὰ περὶ παντὸς γεγηρακότος. *Equidem nunc dignitatem dicit, non equidem puto, sed de omni senili ætate.* Et ad illa verba, contra presbyterum accusationem non suscipias, πρεσβύτερον γὰρ ἐνταῦθα φησιν, οὐχὶ τὸ ἀξίωμα, ἀλλὰ τὴν ἡλικίαν, id est, *porro Presbyterum hic non ex dignitate, sed ex ætate vocat.* Presbyteratus enim a B. Chrysost. hoc loco dicitur dignitas, & τιμὴ in Concil. Nicæno Can. 8 & Ancyrano Can. 18. Latini honor in Concil. Arelat. 4. Can. 2. *sed nec reliqui Pontifices Presbyterij, vel Diaconatus honorem conferre præsumant.*

Episcopi tamen & Presbyteri dicuntur constituere vnum Sacerdotium, & ideo Cyprianus dicebat, *Presbyteros Sacerdotij honore coniunctos esse cum Episcopis.* Et Primasius ad cap. 3. epist. 1. ad Timoth. *Presbyterorum,* ait, *meminit, quia eos in Episcoporum nomine comprehendit, quia secundus imo pæne vnus gradus est.* Et Author. q. 101. in vtrumque testamentum loco citato, *quid enim est Episcopus nisi primus Presbyter.* Et alius nomine Ambrosij in epist. ad Ephes. cap. 4. Imo ad Sacerdotium pertinent Diaconi, quasi in primo Sacerdotio sint Episcopi, in secũdo Presbyteri, in tertio Diaconi. Optatus

Mileuitanus l. 1. *quid commemorem laicos, qu tunc in Ecclesia nulla fuerant dignitate suffulti? quid Ministros plurimos? quid Diaconos in tertio? quid Presbyteros in secundo Sacerdotio constitutos? ipsi apices, & principes omnium Episcopi.* CAPVT XIV.

CAPVT XIV.

IAm vero postquam refutauimus, contrarias aduersariorum sentētias, operæpretium est nostram argumentis ac rationibus confirmare, eiusque constituendæ præclare iactum fundamentũ putabo, si ostendero institutos & electos fuisse in Ecclesiis ab Apostolis episcopos, eosq; residentes in illis, & distinctos à Presbyteris: in his enim quatuor rebus omne certamen totius quæstionis vertitur, & deinceps soluemus quasdam difficultates aduersariorum.

Sed in primis admonendi sumus, obscuram esse, institutionem, & successionem eorum qui post Apostolos Ecclesias administrarunt, vt nos etiam monet Eusebius lib. 3. Historiæ cap. 4. *Quot vero & quinam veri & germani horum (Apostolorum) imitatores facti ad Ecclesias ab ipsis fundatas pascendas & regendas idonei æstimati sunt, non est facile dicere, nisi quis eos ex Pauli verbis colligat, huius enim multi adiutores, & vt ipse appellat Commilitones extiterunt, quorum plures ab ipso digni habiti sunt memoria quæ nunquam obliuioni mandabitur perpetuum de illis testimoniũ suis epistolis proferendo, necnon Lucas in Actibus notos ipsius Discipulos recensens nominatim eos memorat, Timotheus vero Ephesinæ parœciæ dicitur primus Episcopatũ obtinuisse, vt & Titus, Ecclesiarum quæ sunt in Creta.* Et paulo post, ait Lucam Antiochenum fuisse comitem Pauli; item Crescentem, quem in Galliam profectũ etiam Paulus testatur, & Linum, quem in epistola secunda ad Timotheum simul cum illo versatum memorat, primum post Petrum Romanæ Ecclesiæ Episcopum, item Clementem, qui eiusdem Ecclesiæ fuit

CAPVT XIV.

tertius Episcopus, quem Paulus cooperarium suum, & concertatorem in Domino, denique Dionysium Areopagitam primũ Athenienſem Episcopum. Idemque Euſebius lib. 1. cap. 11. ait Catalogum ſeptuaginta Diſcipulorum nuſquam referri, τῶν δ' ἑβδομήκοντα μαθητῶν κατάλογος μὲν οὐδεὶς οὐδαμῆ φέρεται, i. *ſeptuaginta Diſcipulorum Catalogus nullus nullibi refertur.* Ipſe tamen addit Barnabam, vnum ex illis fuiſſe, & Soſthenem, & Cepham, & Matthiam, & Thaddæum, & Iacobum fratrem Domini. Et S. Chryſoſt. Homil. 17. in Ioannem cap. 1. ait ne quidem illos de nomine eſſe cognitos, ἐπεὶ οὐδὲ τῶν ἑβδομήκοντα δύο λέγει τὰ ὀνόματα. *Neque ſeptuaginta duorum dici nomina.*

Verum Epiphanius in Anacephaleoſi numero 125. & hæreſi 20. numero 4. plures nominat, ait enim primo Chriſtum miſiſſe in orbem vniuerſum, Simonem Petrum & Andræam eius fratrem, Iacobum & Ioannem Zebedæi filios, quos olim delegerat, Philippum & Bartholomæum, Matthæum, Thomam & Iudam, ac Thaddæum, ac Simoneum Zelotem, nam Iudas Iſchariotes fuit proditor, tum addit, præter hos, 72. alios ad prædicandũ miſſos è quibus ſeptem illi fuere, qui ad viduarum obſequium delecti ſunt Stephanus, Philippus, Prochorus, Nicanor, Timon, Parmenas, & Nicolaus, & ante hos Matthias qui loco Iudæ inter Apoſtolos electus eſt, cum illis vero ſeptem & Matthiam, qui ante illos fuit, Marcum, Lucam, Iuſtum, Barnabam Appellem, Rufum, Nigrũ ac reliquos 72. adiectos, poſt ipſos vero omnes, & cum ipſis Paulum ſanctum Apoſtolum, ſpeciali voce de cœlo Apoſtolum, & ſimul præconem gentium & conſummatorem Apoſtolicæ doctrinæ, electum, qui quidem inuenit Lucam, & vnũ ex ſeptuaginta duobus diſperſis reduxit, & comitem ſuum fecit & cooperatorem Euangelij ſimul & Apoſtolum.

Ergo vt ait Euſeb. loco citato, ex ſcriptura ſacra apparet Timotheum, & Titum fuiſſe Epiſcopos, illum Epheſi,

Ephesi, istum Cretæ, & idem asserit B. Chrysost. argumento epist. 2. ad Timoth. vbi reddit rationem cur Tito ac Timotheo scribat tantum B. Paulus, non Silæ & Lucæ, & aliis, quod istis duobus Ecclesiæ gubernacula tradidisset, illos secum adhuc circunduceret, εἰ δέ τις ἐξετάζοι, τί δήποτε Τίτῳ καὶ Τιμοθέῳ γράφει μόνοις καίτοιγε καὶ Σίλας τῶν εὐδοκίμων ἦν καὶ Λουκᾶς ὁμοίως, &c. τίνος οὖν ἕνεκεν Τίτῳ καὶ Τιμοθέῳ γράφει μόνοις, ὅτι τούτοις ἤδη ἐκκλησίας ἦν ἐγκεχειρικώς, ἐκείνους δὲ ἔτι μεθ᾽ ἑαυτοῦ περιῆγε. τούτους δὲ φανεροῖς ποσι τόποις ἀφέλοιτο, id est, *si quis vero interroget, quid sit cur Tito & Timotheo tantum scribit, cum Silas fuerit ex valde probatis, & similiter Lucas*, &c. *Cuius ergo rei gratia Tito ac Timotheo solum scribit, quod his Ecclesiam tradiderat, illos vero secum adhuc circumducebat, istos vero certis locis destinauerat.* Titus etiam dicitur Episcopus Cretæ insulæ ab eodem Chrysost. epist. 2. ad Timoth. cap. 4. ad illa verba, Crescens abiit in Galatiam, Titus in Dalmatiam, τούτους οὐκέτι διαβάλλει καὶ γὰρ ὁ Τίτος τῶν σφόδρα θαυμαστῶν ἦν ὥστε αὐτῷ τὰ κατὰ τὴν νῆσον ἐνεχείρισε, νῆσον οὐ μικρὰν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα μεγάλην τὴν Κρήτην λέγω, id est, *his iam nihil detrahit, namque & Titus valde mirabilis, adeo vt ipsi insulam crediderit, insulam non paruam, sed prægrandem, Cretam scilicet.* Et Origenes in epist. ad Romanos lib. 10. cap. 16. ait Caium fuisse Episcopum Thessalonicensem, *Creditur*, ait, *traditionem maiorum quod hic Caius Episcopus fuerit Thessalonicensium.* Et apud Ignatium epist. ad Antiochenos Onesimus dicatur episc. Ephesiorum, & Demas Magnesiæ, & ep. ad Heronem, Onesimus, Titus, Demas, & Polybus dicũtur Episcopi, qui tunc erant Philippis. Et Maris Episcopus Neapolis quæ est prope Anazarbon. CAPVT XIV.

Et Tertullian. lib. de præscript. hæreticor. cap. 32. Polycarpum à Ioanne fuisse ordinatum Episcopum Smyrneorum. *Edant ergo*, ait, *origines Ecclesiarum suarum, euoluant ordinem Episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentem, vt primus ille Episcopus, ali-*

CAPUT XIV.

quem ex Apostolis vel Apostolicis viris qui tamen cū Apostolis perseuerauerit habuerit authorem & antecessorem, hoc enim modo Ecclesiæ Apostolicæ census suos deferūt, sicut Smyrnæorū Ecclesia Polycarpum à Ioanne collocatum refert, sicut Romanorum Clementem à Petro ordinatum itidem, perinde vtique & cæteræ exhibent quos ab Apostolis in Episcopatum constitutos Apostolici seminis traduces habeant. B. enim Ioannes cum è Pathmo insula venisset Ephesum, inuenit quidem plures Episcopos in Asia constitutos, nec enim is primus Euangelizauit Ephesinis, sed Paulus & Timoth. vt constat ex Actis Apostolorum, & testatur Irenæus apud Euseb. lib. 3. cap. 23. ἀλλὰ καὶ ἡ ἐν Ἐφέσῳ ἐκκλησία ὑπὸ Παύλου μὲν τεθεμελιωμένη, Ἰωάννου δὲ παραμείναντος αὐτοῖς μέχρι τῶν Τραϊανοῦ χρόνων, μάρτυς ἀληθής ἐστι τῆς τῶν Ἀποστόλων παραδόσεως, id est, *sed Ephesina Ecclesia à Paulo fundata in qua Ioannes vsque ad Traiani tempora perseuerauit, testis vera est traditionis Apostolorum.* Et Theodoretus in argumento Epistolæ ad Ephesios. ὅτι μὲν οὖν οὐχ ὁ θεῖος Ἰωάννης, αὐτοῖς πρῶτος προσενήνοχε τὸ σωτήριον κήρυγμα, ἀλλ' ὁ θεσπέσιος Παῦλος σαφῶς ἡμᾶς ἐδίδαξεν ἡ τῶν πράξεων ἱστορία, id est, *quod non diuinus Ioannes, sed admirabilis Paulus salutarem prædicationem eis primus tradiderit, nos aperte docuit Actuum historia.* Primum enim, vt ait idem Theodoretus ibidem, Ioannes nondum reliquerat Iudæam, post in insulā Pathmos fuerat relegatus, vbi scripsit Apocalypsim, & tres epistolas, & ab exilio reuersus, peruenit Ephesum, ibique commorans Euangelium conscripsit cum esset annorum centum: & vsque ad totos centum & viginti annos vitam propagauit, vt refert B. Chrys. ex sermone de S. Ioanne Theologo, & ideo cùm inuenisset post reditum multos iam Episcopos constitutos, dicitur prædicasse Euangelium in illis regionibus, de consensu illorum Episcoporum, licet esset Apostolus, vt tradit Balsamo in Concil. Trullano, tanquam ex Gregorio Nazianzeno, τί λύεται τάξιν ἐπαινουμένην, καὶ ὁ σοφώτατος ἐκεῖνος μητροπολίτης Ἐφέσου κῦρος Ἰωάννης ὁ κατὰ ποταμοὺς προχέων τὰ τῆς φιλοσοφίας νάματα, καὶ κολπωτὸς

λειπόμενος, εἰς τὴν λαχοῦσαν αὐτὸν ἀπαρχόμενος, μετὰ ἀξιώσεως τῆς κατὰ χώραν ἀρχιερέων δημοσίᾳ ἐδίδασκεν, id est, *cur soluitis ordinem laudabilem, & sapientissimus ille Metropolita Ephesi, dominus Ioannes, qui instar fluuij Philosophiæ fluēta effudit, & sinuosus dictus, in eam regionem quam sortitus erat veniens, cum authoritate illius regionis antistitum, publice docuit.* Clemens tamen Alexandrinus ait rogatum ab illis id fecisse, & multos tamen Episcopos ibi constituisse apud Eusebium lib. 3. cap. 23. ἐπειδὴ γὰρ τοῦ τυράννου τελευτήσαντος, ἀπὸ τῆς Πάτμου τῆς νήσου μετῆλθεν εἰς τὴν Ἔφεσον ἀπῄει παρακαλούμενος καὶ ἐπὶ τὰ πλησιόχωρα τῶν ἐθνῶν ὅπου μὲν ἐπισκόπους καταστήσων, ὅπου δὲ ὅλας ἐκκλησίας ἁρμόσων, ὅπου δὲ γε κλῆρον ἕνα τινὰ κληρώσων, τῶν ὑπὸ τοῦ πνεύματος σημαινομένων, id est, *vbi vero tyranno mortuo ex insula Pathmo Ephesum transiit, adiit rogatus finitimas regiones, quo hic quidem Episcopos constitueret, illic totas Ecclesias apte ordinaret, alibi, clerum vnum aliquem componeret ex eis quos ei Spiritus sanctus mōstrabat.* Ita enim videtur explicandum illud κληρῶσαι κλῆρον, vt non de vno clerico sit accipiendum, sed de vno clero. Et Ruffinus videtur ita accepisse, cum vertit hunc locum, *Sacerdotibus ac Ministris locum instruens*, hoc enim nihil aliud est, quàm Clerum vel Presbyterium instituens, Iacobus etiam, primus Hierosolymorum factus est Episcopus, vt ait Euseb. lib. 2 cap. 1. Iacobum inquit, πρῶτον ἱστοροῦσι τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας τὸν τῆς ἐπισκοπῆς ἐγχειρισθῆναι θρόνον, id est, *primum sedem Episcopalem quæ est Hierosolymis obtinuisse memoriæ traditur.* Idque probat ex Clemente Alexandrino lib. 6. ὑποτυπώσεων his verbis, Πέτρον μὲν γάρ φησι καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ σωτῆρος, ὡς ἂν καὶ ὑπὸ τοῦ κυρίου προτετιμημένους, μὴ ἐπιδικάζεσθαι δόξης, ἀλλ' Ἰάκωβον τὸν δίκαιον ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων ἑλέσθαι, id est, *refert Petrum & Iacobum, & Ioannem, post ascensionem Saluaroris, cum essent à Domino aliis prælati, non contendisse de gloria, sed Iacobum Iustum Episcopum Hierosolymorum accepisse.* Et Chrysost. multis in locis Actor. cap. 1. *Vide modestiam*

Caput XIV.

CAPVT XIV. *Iacobi, is acceperat Hierosolymis Episcopi munus, & tamen nihil loquitur.* Et Actor. cap. 21. ad hæc verba, ingrediebatur Paulus nobiscum ad Iacobum. *Hic*, inquit, *frater erat Domini, & Episcopus Hierosolymitanus, vir magnus & mirabilis*, & homil. 87. in Ioan. cap. 21. εἰ δὲ λέγει τις πῶς οὖν Ἰάκωβος τὸν θρόνον ἔλαβε τῶν Ἱεροσολύμων, ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι ὅτι τοῦτον τῆς οἰκουμένης ἐχειροτόνησε διδάσκαλον, id est, *Si quis vero dicit, quomodo igitur Iacobus sedem accepit Hierosolymorũ, responderem, hunc (scil. Petrum) totius orbis ministrũ ordinauit.* Iacobus iste fuit Iacobus Iustus frater Domini dictus, qui de templi fastigio præceps eiectus fuit. Euseb. lib. 2. cap. 1. Ille vocatus est frater Domini, & tamen non erat, sed consobrinus tantum, vt ait Theodoretus in epist. ad Galat. cap. 1. *vocatur*, ait, *frater Domini, sed non erat natura, nec vero fuit Iosephi filius, vt quidam existimarunt ex priori matrimonio natus, sed Cleophæ filius erat Domini consobrinus, matrem enim habuit sororem matris Domini.* Fuit alius Iacobus frater Ioannis qui gladio per Herodem cæsus occubuit Euseb. ibidem. Hic dicitur Apostolus ab eodem Eusebio lib. 2. cap. 8. Denique omnes Apostoli Ecclesias susceperunt sicut & Iacobus, vt ait Euseb. lib. 2. cap. 23. Iacobus frater Domini διαδέχεται τὴν ἐκκλησίαν μετὰ τῶν ἀποστόλων, id est, *suscepit Ecclesiam vnà cum Apostolis.*

CAPVT XV.

ILli vero Episcopi erant stabiles & fixi, certo loco, ita vt neque moueri neque mutari nisi ad breue tempus possent, Thedoretus in epist. ad Ephesios cap. 4. ad illa verba, *dedit quosdam Apostolos, quosdam Prophetas, alios Euangelistas, alios Pastores & Doctores.* Vbi ostendit in eo differre ab Euangelistis, quod Euangelistæ circumeuntes prædicent, Pastores vero sint ad vnum locum deputati, ποιμένας δὲ καὶ διδασκάλους, τοὺς κατὰ πόλιν καὶ κώμην ἀφωρισμένους λέγει. οὐ δὴ χάριν αὐτοὺς μετὰ τοὺς εὐαγγελιστὰς τέθεικεν, ἐπειδὴ ἐκεῖνοι περιϊόντες ἐκήρυττον, id

CAPVT XV.

est, *Pastores & Doctores eos dicit, qui ad ciuitatem vel vicum addicti sunt, qua de causa ipsos posuit post Euangelistas quoniam illi circumeuntes prædicabant.* Et B. Chrysostom. eodem c. 4. πρῶτον ἀποστόλους, πάντα γὰρ εἶχον οὗτοι. δεύτερον προφήτας, ἦσαν γάρ τινες οἱ ἀπόστολοι μὲν οὐκ ἦσαν, προφῆται δὲ, ὥσπερ Ἄγαβος, τρίτον εὐαγγελιστὰς, οἱ μὴ περιϊόντες πανταχοῦ, ἀλλ' εὐαγγελιζόμενοι μόνον, ὡς Πρίσκιλλα καὶ Ἀκύλας. ποιμένας καὶ διδασκάλους, τοὺς ὁλόκληρον ἐμπεπιστευμένους ἔθνος. τί οὖν οἱ ποιμένες καὶ οἱ διδάσκαλοι ἐλάττους, καὶ πάνυ, τῶν περιϊόντων, καὶ εὐαγγελιζομένων οἱ καθήμενοι καὶ περὶ ἕνα τόπον ἠσχολημένοι, οἷον Τιμόθεος καὶ Τίτος. 1. *primùm Apostolos, hi enim habebant omnia, secundò Prophetas, erant enim aliqui, qui Apostoli non erant, erant autem Prophetæ, vt Agabus, tertiò* Euangelistas, *qui non omnes obibant regiones, sed euangelizabant, vt Priscilla & Aquila. Pastores & Doctores, quorum fidei tota aliqua gens erat credita, quid ergo? Pastores & Doctores erant inferiores, & maxime, erant inferiores illis qui omnes obibant regiones, & euangelizabāt, ij qui residebant & in vno loco occupati erant, vt Timotheus & Titus.* Et Dorotheus in Synopsi, ostendit omnes Discipulos in diuersis locis fuisse constitutos, idem asserit Clemens in epist. ad Corinthios, μακάριοι οἱ προοδοιπορήσαντες πρεσβύτεροι, οἵτινες ἔγκαρπον καὶ τελείαν ἔχον τὴν ἀνάλυσιν, οὐ γὰρ εὐλαβοῦνται μή τις αὐτοὺς μεταστήσῃ ἀπὸ τοῦ ἱδρυμένου αὐτοῖς τόπου, ὁρῶμεν γὰρ ὅτι ἐνίους ὑμεῖς μετηγάγετε καλῶς πολιτευομένους ἐκ τῆς ἀμέμπτως αὐτοῖς λειτουργίας. id est, *Beati igitur ij qui prædecesserunt Presbyteri, si qui fructuosam & perfectam habuerint dissolutionem, non enim verentur, ne quis ipsos à loco in quo collocati sunt, transferat, videmus enim quod vos aliquos qui bene se gesserant, à functione quam inculpate exercebant remouistis.* Et ideo B. Chrysost. epist ad Titum cap. 3. quærit cur Paulus mādauit Tito, vt ad se veniret, cùm esset iā addictus Cretæ, & reddit huius rei rationem, ad illa verba, *féstina ad me venire Nicopolim, cùm misero ad te Artemam aue Tychicum.* τί λέγεις, inquit. ἐπιστήσας αὐτὸν τῇ Κρήτῃ πάλιν καλεῖς πρὸς σεαυτόν, οὐκ ἀπάγων αὐτὸν

CAPVT XV.

τ͂ σχολῆς ἐκείνης, ἀλλὰ πλέον ῥυθμίζω. i. *quid dicis, cum iam eum constitueras ipsum in Creta, rursum vocas ad te, non hoc ago, inquit, vt illum remoueam ab illa occupatione, sed magis vt illum formem.* Et addit rationem, nam, non quod vt illum circumducat, & vbique comitem habeat, ad se vocat, audi quid dicat, *quoniam illic hiemare decreui Nicopolis Thraciæ ciuitas est*, & ad illa verba, *Zenam Legisperitum, & Apollo sollicite præmitte, vt nihil eis desit.* Chrysostomus ibidem ait, αὐτοὶ δὲ οὐδέπω τῶν ἐγχειρισθέντων ἦσαν, ἀλλ' συνόντων αὐτῷ, id est, *hi erant ex illis quibus nondum erat credita Ecclesiæ cura, sed ex his qui comites eius erant.* Idemque Chrysost. in epist 2. ad Timoth. cap. 4. vbi Paulus etiam ad se vocat Timotheum, idem quærit, & difficultati respondet. Ἄξιον ζητῆσαι πῶς καλεῖ τὸν Τιμόθεον πρὸς ἑαυτὸν, εἰς ἐκκλησίαν πεπιστευμένος ἦν, καὶ ἔθνος ὁλόκληρον, & paulò post διὰ τοῦτο αὐτὸν καλεῖ ἰδεῖν αὐτὸν ποθῶν πρὸ τῆς τελευτῆς καὶ ἴσως πολλὰ παραθέσθαι. id est, *merito quæri potest, quomodo Timotheum ad se vocet, cui crediderat Ecclesiam, & gẽtem integram.* Et paulò post, *idcirco illum vocat, cupiens illum videre, antequam vita excederet, & forte illi plura commendare.* Et obseruandum est in vitis Pontificum Romanorum apud Damasum, & Anastasiũ, cùm agitur de ordinationibus quas ipsi fecerunt, semper addi eos ordinasse Episcopos per diuersa loca, vel 15. vt in Clemente, vel 6. vt in Anacleto, vel 5. vt in Euaristo, & sic de aliis, loci semper mẽtione facta, in ordinatione Episcoporum, non in ordinatione Presbyterorum, vel Diaconorum.

Quod si aliqua de causa cogerentur Episcopi deserere suam Ecclesiam, illam commendare solebant vni aut pluribus Episcopis, aut Ecclesiis vicinis, & ideo cum Ignatius Romam duceretur commendauit Ecclesiam Polycarpo, & Philadelphensibus, vt apparet ex eius epistolis, ad Polycarpum & ad Philadelphenses, in qua vltima epistola, ait *propinquas Ecclesias tunc misisse Antiochum quasdam Episcopos, quasdam Presbyteros & Diaconos.* Et pluribus id à me probatum in

titulo de Clericis non residentibus, & inde necessaria fuit ἐπίσκεψις facta à B. Paulo Actor. 15. & 1. Thessal. 2. quando misit Timoth. ad Thessal. eadem epist. cap. 3. de qua visitatione, loquitur S. Basil. in moralibus cap. 18. & inde posterioribus seculis dati visitatores, vel depositis Episcopis, donec alius eligeretur, vt de contumelioso statuit Ioann. 2. epist. 1. ad Cæsarium Arelatens. vel ad electionem faciendam, Symmach. ep. 5. ad Cæsarium Arelatens. & Hincmarus in epistolis, vel, ob amentiam Episcopi, vt in Concil. Vermeriensi 2. cap. 1. Commendatur Ecclesia Niuernensis Episcopi eius Senonensi Metropolitano, visitario officio ex causa amentiæ. Et propter litem motam aduersus Symmachum, Theodoricus dedit visitatorem Romanæ sedi Anastas. in vita Symmachi. quod sæpe dedisset aliis Episcopis, vt reffert Ennod. Apologet. pro Synodo. Et in Galia etiam rescribebatur ad Regem vt daret visitatorem, vt patet ex epistolis Hincmari. Quod visitare debeat Episcopus ecclesiam docet Chrysost. epist. ad Titum cap. 1. vbi ait Episcopum nimia ægritudine semper lectulo decumbentem non posse prodesse plebi, non posse ἐπισκέψεις ποιήσασθαι. i. *visitationes facere ecclesiarum.* Et dicitur ἐκκλησιαστικὴ σκέψις, i. *Ecclesiastica visitatio à Synesio* ep. 67.

CAPVT XVI.

CAPVT XVI.

NEque vero aliquis habitu inuentus, vt Caluinus, dicat Apostolos ideo quia iussi sunt prædicare Euangelium, nullibi sedem habuisse, illud enim omnino pugnat cõtra omnium temporum antiquorum historiam. Et quidem verum est Apostolos initio non se vni loco alligasse, sed plura loca obiisse, ad prædicandum Euangelium; & vbi aliquos instituissent Discipulos, eos ibi constituebant Presbyteros vel Episcopos, & B. Chrysost. epist. ad Colossens. cap. 3. ἐπὶ τῶν ἀποστόλων οὐ τοῖς πόλεσιν, ἀλλὰ συνεχῶς μετεπήδων, τοῖς

CAPVT XVI.

προ̃τερον μανθάνοντας διδασκάλους καθιστῶντες ἑτέρων πρὸς μαθητευομένων, οὕτως ἠδυνήθησαν τὴν οἰκουμένην περιελθεῖν, τῷ μὴ προσδεδέσθαι τόπῳ ἑνί; id est, *apud Apostolos non ita erat, sed assidue transilibant, eos qui prius discebant constituentes aliquorum aliorum qui discebant Magistros, sicque potuerunt orbem terræ obire, quod vni loco non essent alligati.* Et epist. ad Roman. cap. 1. οἱ γὰρ μαθηταὶ ἐν τάξει διδασκάλων κατέστησαν, διὰ τῆς παρρησίας αὐτῶν πάντας παιδεύοντες καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ἐφελκόμενοι, οὐ γὰρ ἵστατό που τὸ κήρυγμα, ἀλλὰ πυρὸς σφοδρότερον πᾶσαν ἐπῄει τὴν οἰκουμένην. i. *qui enim Discipuli erant, in ordine Doctorum consistebant, per suam ipsorum confidentiam omnes instituentes, & ad se allicientes, non enim alicubi constiterat prædicatio, sed igne vehementius, in omnem terrarum orbem inuaserat.* Et Ruffinus lib. 3. cap. 3. Histor. ait quoque etiam Apostolorum Discipulos, vt fidem promouerent aliò transijsse, sed Pastores reliquisse, *vt si quibus forte Pro inciis nomen fidei esset incognitum prædicarent, primaque apud eos fundamenta Euangelij collocantes, atque electis quibusque ex ipsis officium regendæ Ecclesiæ committentes ipsi rursus ad alias gentes aliasque prouincias properabant & Euangelistarum fungebantur officio.* Et Euseb. lib. 3. histor. cap. 36. ita loquitur de Discipulis, ἔπειτα δὲ ἀποδημίας στελλόμενοι, ἔργον ἐπετέλουν εὐαγγελιστῶν, τοῖς ἔτι πάμπαν ἀνηκόοις τοῦ τῆς πίστεως λόγου, κηρύττειν τὸν Χριστὸν φιλοτιμούμενοι, καὶ τὴν τῶν θείων εὐαγγελίων παραδιδόναι γραφήν· οὗτοι δὲ θεμελίους τῆς πίστεως ἐπὶ ξένοις ποι τόποις αὐτὸ μόνον καταβαλλόμενοι ποιμένας τε καθιστάντες ἑτέρους τούτοις τε αὐτοῖς ἐγχειρίζοντες τὴν τῶν ἀρτίως εἰσαχθέντων γεωργίαν, ἑτέρας αὖθις χώρας τε καὶ ἔθνη μετῄεσαν, σὺν τῇ ἐκ θεοῦ χάριτι καὶ συνεργίᾳ, i. *deinde peregre profecti, opus egerunt Euangelistarum, i’sque qui nullomodo adiuuerunt verbum fidei, Christum prædicare studentes, & tradere scripturas diuinorum euangeliorum, qui cum fundamenta fidei in locis quibusdam peregrinis & alienis iecissent, pastorisque alios constituissent curam & culturam eorum qui nuper ad fidem adducti essent, ipsi ad alias regiones gentesque cum gratia, & virtute diuina se contulerunt.*

Vnde

Vnde multis Episcopis tunc opus fuit, vt ait B. Chrysost. epist. 1. ad Timoth. cap. 3. ἔδει γὰρ καθίστασθαι καθ' ἑκάστην πόλιν τὸν προεστηκότα. i. *Oportebat enim per singulas ciuitates constitui præpositum.* Et vbi aliqui Pastores constituerant, ibi Apostoli non euangelizabant, vt de se Paulus ait epist. ad Romanos cap 15. *Sic autem inquit, prædicaui Euangelium hoc, non vbi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem, sed sicut scriptum est, quibus non est annuntiatum.* CAPVT XVI.

Et Apostoli in quibusdam locis prædicabant, aliquando tantum in transitu aliquando diutius commorantes: nam minores ciuitates citius pertransibant, vt obseruat B. Chrysost. Actor. cap. 17. ad illa verba, transierunt per Amphipolim, &c. πάλιν τὰς μὲν μικρὰς παρατρέχουσι πόλεις, ἐπὶ δὲ τὰς μείζους ἐπείγονται, ἐκεῖθεν καθάπερ ἔκ τινος πηγῆς μέλλοντος τοῦ λόγου, διαρρέειν εἰς τὰς πλησίον. i. *Rursus paruas ciuitates transeunt, & ad maiores aguntur, inde quasi ex aliquo fonte sermone ad vicinas perfluituro.* Et in maioribus ciuitatibus diutius morabantur, idem Chrysost. Act. cap. 16. ad illa verba, venimus Samotracem, &c. καὶ δείκνυσιν ὅτι ἐν ταῖς μείζοσι ταῖς δὲ ἄλλαις παρῄει. i. *indicatque quod diutius in maioribus ciuitatibus, alias autem præterierit citius.* Et cap. 14. ad illa verba, *commorati autem sunt illic tempore non paruo, cum Discipulis,* εἰκότως, inquit, μεγάλη γὰρ ἦν ἡ πόλις, ἐδεῖτο διδασκάλων. i. *Merito, magna enim erat ciuitas & Doctoribus egebat.* Minus etiam morabantur in locis, quos visitandi causa tantum adierant, idem Chrysost. Actor. cap. 16. εἶτα λοιπὸν οὐκ ἐνδιατρίβει τούτοις ἅτε ἐπισκέψασθαι ἐλθών. i. *Deinde non diutius moratur in illis locis, ad visitandum enim tantum aderat.* Nihilominus tamen licet Apostoli in multis locis prædicassent Euangelium, vnum aliquem tandem nacti sunt, in quo principaliter residerent, sic Marcus dicitur Euangelisasse in Italia, vt testatur Gregor. Nazianz. Orat. 25. ἔστω Πέτρου ἡ Ἰουδαία, τί Παύλῳ κοινὸν πρὸς τὰ ἔθνη, Λουκᾷ πρὸς

CAPVT XVI.

Ἀχαΐαν, Ἀνδρέᾳ πρὸς τὸ Ἤπειρον, Ἰωάννῃ πρὸς Ἔφεσον, Θωμᾷ πρὸς Ἰνδικήν, Μάρκῳ πρὸς Ἰταλίαν, id est, *sit sane Petri Iudæa, quid Paulo cum gentibus commune, Lucæ cum Achaia, Andreæ cum Epiro, Ioanni cum Epheso, Thomæ cum India, Marco cum Italia.* Et tamen in Italia sedem non habuit, sed in Ægypto. B. Chrysost. serm. in sanctos 12. Apostolos, Πέτρος ἐντεῦθεν μαθητεύει τὴν Ῥώμην, Παῦλος ἐκεῖθεν εὐαγγελίζεται κόσμον, Ἀνδρέας τῆς Ἑλλάδος σόφους διορθοῦται, Σίμων διδάσκει τὸν Θεὸν τοὺς Βαρβάρους, Θωμᾶς διὰ βαπτίσματος λευκαίνει τοὺς Αἰθίοπας, Ἰακώβου τὴν Καθέδραν ἡ Ἰουδαία τιμᾷ, Μάρκου τὸν θρόνον Ἀλεξάνδρεια ἡ παρὰ Νεῖλον ἀσπάζεται. i. *Petrus hinc Romam edocet. Paulus inde mundo Euangelium annuntiat, Andræas Græciæ sapientes dirigit, Simon Deum docet Barbaros, Thomas baptismate Æthiopas dealbat, Iacobi Cathedram Iudæa honorat, Marci thronum Alexandria ad Nilum amplectitur.* Idem testatur de S. Ioanne Oecumenius, in eius epist. 2. *siquidem,* inquit, *Ioann. Apostolum non scribit se, quod non primus in Asia verbum annuntiauit, sed post Paulum,* καὶ οὐ κατὰ πάροδον ὥσπερ ἐκεῖνος τὸν τοῦ εὐαγγελίου διατρέχων κύκλον, ἀλλὰ μένων ἐκεῖ, καὶ παρὼν παροῦσι ἐκτίθεται τὸν λόγον, id est, *neque in transitu, sicut ille qui percurrebat Euangelij circulum, sed manens ibi & præsens præsentibus exponebat sermonem.* Et Isidorus Pelusiota de omnibus aliis Apostolis excepto Paulo lib. 3. epist. 176. ἕκαστος μὲν τῶν Ἀποστόλων ὡς ἔπος εἰπεῖν, μίαν ἀπολαβὼν χώραν ταύτην ἐρρυθμίσεν, &c. i. *Apostolorum vnusquisque, vt ita dicam regionem vnam nactus, eam informauit, at Paulus tanquam pennatus Agricola vniuersum pæne orbem peragrauit,* &c. Gregor. quoque Nazianzen. Orat. 21. vocat Alexandriam Marci thronū. Et Apostoli dicuntur Euangelisasse in loco etiam residentiæ, B. Basil. lib. 5. aduersus Eunom, c. vltimo. Καὶ προφητεύων ἕκαστος τῶν προφητῶν, καὶ Παῦλος ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελιζόμενος καὶ Ἰάκωβος ἐν Ἱερουσαλὴμ καὶ Μάρκος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ ἄλλος ἐν ἄλλῃ πόλει ἐπληροῦντο τῷ πνεύματι, οὐδενὸς διαστήματος κωλύοντος ἐν τῷ αὐτῷ ἐνεργεῖσθαι

τὴν αὐτὴν χάριν. 1. ***Et quilibet Prophetarum, prophetisans, & Paulus Romæ Euangelisans, & Iacobus in Hierusalem, & Marcus Alexandriæ, ac alius alia in ciuitate spiritu implebantur, nullo in eodem tempore prohibente interuallo, eandem fieri gratiam.*** Et præterea potest aliquis prædicare Euangelium in vno loco, & dicitur Euangelista, nec enim Euangelistæ, omnes obibant regiones, vt ai B. Chrysost. in epist. ad Ephes. cap. 4. supra allato, & probat ibidem exemplo Priscillæ & Aquilæ. Et Clemens Alexandrinus lib. 6. Strom. id ostendit, ex epist. 1. ad Corinthios, *vt in iis quæ sunt supra vos euangelizem,* οὐ τὴν ἐπέκτασιν τοῦ κηρύγματος τὴν κατὰ τὸν τόπον λέγων, ἐπεὶ καὶ ἐν Ἀχαΐᾳ πεπλεονακέναι τὴν πίστιν, αὐτός φησιν, id est, *non dicens extensionem prædicationis, quæ fuit in loco, quoniam quoque dicit abundasse in Achia.* CAPVT XVI.

Et præterea Apostoli, etiam postquam sortiti essent aliquam Ecclesiam, aliquem sibi subrogabant, dum ipsi prædicandi Euangelij causa in alias regiones proficiscerentur. Epiphanius hæresi Carpocratian. Πλὴν ἀλλὰ καὶ οὕτως ἠδύνατο ἔτι περιόντων τῶν ἀποστόλων, φημὶ δὲ τῶν περὶ Πέτρον καὶ Παῦλον, ἐπισκόπους ἄλλους καθίστασθαι, διὰ τὸ τοὺς ἀποστόλους πολλάκις, ἐπὶ τὰς ἄλλας πατρίδας τὴν πορείαν στέλλεσθαι διὰ τὸ κήρυγμα τοῦ Χριστοῦ, μὴ δύνασθαι δὲ τὴν τῶν Ῥωμαίων πόλιν, ἄνευ ἐπισκόπου εἶναι, &c. Id est, *quanquam vel hac quidem ratione, poterunt viuentibus adhuc Apostolis Petro scilicet ac Paulo, Episcopi alij subrogari, quod ipsi Apostoli sæpe in alias vrbes proficiscerentur, prædicandi Euangelij causa, carere autem Episcopo Roma non posset siquidem Paulus in Hispaniam peruenit, Petrus vero Pontum ac Bithyniam, sæpe numero peragrauit.*

Caput XVII.

CAPVT XVI.

CÆterum omiseram dicere Petrum fuisse primum omnium Episcopum à Christo, cum populo & clero institutum, & præpositum toti Ecclesiæ, sed quia accepit Episcopatum tanquam communicandum, vt ait Optatus Mileuitan. lib. 2. *Petrus,* inquit, *præferri omnibus Apostolis meruit & regni cœlorum claues cæteris communicandas solus accepit.* Idcirco Apostoli eius imitatione præposuerunt Iacobum Ecclesiæ Hierosolymitanæ, sicut etiam exemplo Christi elegerunt Matthiam Apostolum in locum Iudæ, & Lucam & Marcum Euangelistas ad instar Mathæi & Ioannis, nam Petrus acceperat totam Ecclesiam, sed vt communicabilem, aliis sigillatim Episcopis. Nam vt censet Zonaras in Canones Synodi Carthaginensis, *vtile est Ecclesiæ, hoc est fidelibus Episcopos constitui vtilitate videlicet necessaria.* Et S. Basilius epist. 406. ὅτι μὲν οὖν τῷ παντὶ λυσιτελέστερον ἦν εἰς πλείονας ἐπισκόπους καταδιαιρεθῆναι τὴν μέριμναν, αὐτόθεν εἶναι δῆλον, ὡς τῷ τυχόντι νομίζω. i. *fuisse autem multo conducibilius vniuersæ (Ecclesiæ) vt in plures Episcopos sollicitudo hæc diuideretur, è rebus ipsis manifestum esse cuiuis arbitror.* Quapropter B. Aug. epist. 93. dicebat, *arbitror omnes fratres & Episcopos nostros, non nisi ad Petrum, id est, sui nominis & honoris authorem deferre debere.* Et Dionysius de cœlesti Hierarchia cap. 7. dicit alios Episcopos esse, κατ' αὐτὸν ἱεράρχας, id est, *Episcopos ad instar Petri*, seu vt explicant Maximus, & Pachimer. κατὰ μίμησιν τοῦ ἁγίου Πέτρου. i *ad similitudinem sancti Petri*, non quod alij Apostoli acceperint à Petro ordinem Episcopalem, sed quod titulum acceperint ad similitudinem tituli B. Petri, & quodammodo de eius titulo. nam Episcopi in persona aliorum Apostolorum, à Christo instituti sunt in Ecclesia, vt traditur in quæstionibus vtriusque testamenti quæst. 97. *Nemo ignorat Episcopos Saluatorem Ecclesijs instituisse.* Et Syricius

epist. 4. *Apostolatus, & Episcopatus in Christo cœpit exordium*, sed Petrus Episcopatus principium extitit, vt ait Gregor. 3. epist. 4. Nec id diuinæ institutioni derogat. Nam sicut iure ciuili, Proconsul & legatus sortiuntur eandem Prouinciam, & simul mittuntur à populo, proconsul tamen habet soliditatem in Prouincia, legatus non habet tantam iurisdictionem, sed eam tamen habet propriam, non mandatam, vnde ab eo appellatio fiebat ad proconsulem, quod non fieret nisi propriam haberet iurisdictionem, etiam in his quæ illi mandare tenebatur proconsul, ita vt licet mandata esset non esset simpliciter mandata, nec propria simpliciter, sed propria mandata, ita enim Petrus habuit primum totam Ecclesiam, aliique Apostoli, & Episcopi partem eius, idque proprio iure à Christo, licet alij Episcopi acceperint à Petro partem Episcopatus, & sicut Legatus proconsulis dicebatur Legatus populi, & Legatus proconsulis, ita & Episcopi possunt dici Christi, & Petri: quare non est dicendum Episcopos esse Vicarios Petri, sunt enim Vicarij Christi ex Ambrosio in epist. 1. ad Corinth. cap. 4. *Hæc ad Apostolorum personam pertinent, quos constat Dei esse adiutores quia Vicarii sunt Christi*, & sunt veri Episcopi S. Gregor. lib. 4. epist. 38 *quod Romanus Pontifex, non ita sibi Oecumenici titulum vsurpat, vt despectis fratribus appetat solus vocari, quasi cæteri sint Vicarii, non veri Episcopi.*

CAPVT XVII.

Quæ omnia cùm hæretici hodie aliter accipiant, possumus dicere vere dictum esse à Deo per Prophetam, τὸ μυστήριόν μου ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς, id est, *mysterium meum mihi & meis*, id est, viris ordinatis & consecratis, non prophanis, vt explicat Pachymer in præfatione ad librum S. Dionysij de Ecclesiastica Hierarchia, nam ita, vt ait Clem. Alexandr. lib. 5. Stromatum, *Deus posuit in tuto, & extra sollicitudinem suorum electionem & ordinationem.*

Nam quoties illi res nostras contrectant, sunt veluti muscæ quæ in oleum prolapsæ statim suffocantur,

CAPVT XVIII. & indecorum suauis illius liquoris aspectum & vnctionem reddunt. Gaudet enim scriptura animo verecundo & Deum timenti, manibusque puris, & vt habeat quis Deum Dominum inspectorem, & timeat ne suo contactu fœdet opus eius, sed est malum quod videmus sub sole viros qui sibi sapientes esse videntur, & quod peius est, alios erudiendos suscipiunt, qui ne inscitiam quidem suam persentiunt, & morbus illorum tantus est, vt illum sanare non hominis sit, sed Christi Domini maxime eorum qui sperant se inde apud suos Galatas, vel laudem, vel præmium consecuturos.

CAPVT XVIII.

DEinde illi Episcopi, erant distincti à Presbyteris, nec erant simplices Presbyteri, quod vel ex sola ordinatione eorum, & subiectione dignoscitur, nam vt ait Leo 1. epist. 4. ad Episcopos Siciliæ, c. 1. *Vnde quis consecrationem honoris accipit, inde legem totius obseruantiæ sumere debet.* Et contra qui ordinare non potest nec potest iudicare, lib. 7. Capitular. cap. 229. Episcopi autem Presbyteros ordinant & iudicant, vt apparet ex epistolis Pauli ad Timotheum & Titum, & nos supra obseruauimus. Sed hoc adhuc probatur ex antiquissimis authoribus. Primus & antiquior omnibus erit Ignatius Antiochenus Episcopus, ille enim vir admirabilis in suis epistolis, semper inculcat distinctionem inter Episcopos, Presbyteros & Diaconos, eisque nominatim, aut salutem, aut præcepta dat. Epist. ad Trallianos, ἀναγκαῖον οὖν ἐστιν ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου μηδὲν πράττειν ὑμᾶς, ἀλλ' ὑποτάσσεσθαι καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ, ὡς τοῖς ἀποστόλοις. i. *necessarium igitur est sine Episcopo nihil operari vos, sed subiicij & Presbyterio, vt Apostolis:* & postea idē repetit in fine, ὁ χωρὶς ἐπισκόπου καὶ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων πράσσων τι, οὗτος οὐ καθαρός ἐστιν συνειδήσει. i. *qui sine Episcupo, & Presbytero, & Diacono operatur aliquid, mun-*

dus non est in conscientia. Et ep ad Magnesianos vbi fere in principio nominat eorum Episcopum Damam, duos Presbyteros Bassum & Apollonium, & Diaconum vnum Sotionem, & postea dicit, σπουδάζετε πάντα πράσσειν προκαθημένου τοῦ ἐπισκόπου εἰς τόπον Θεοῦ, καὶ τῶν πρεσβυτέρων εἰς τόπον συνεδρίου τῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν διακόνων, &c. id est, *studete omnia operari præsidente Episcopo in loco Dei, & Presbyteris in loco cœtus Apostolorum & Diaconis.* Et paulò post, ὥσπερ οὖν ὁ κύριος ἄνευ πατρὸς οὐδὲν ἐποίησε, &c. οὕτως μηδὲ ὑμεῖς ἄνευ τοῦ ἐπισκόπου καὶ τῶν πρεσβυτέρων μηδὲν πράσσετε, id est, *quemadmodum Dominus, sine patre nihil fecit*, &c. *sic neque vos sine Episcopo & Presbyteris aliquid operemini.* Et in fine eiusdem epistolæ, μετὰ τοῦ ἀξιοπρεπεστάτου ἐπισκόπου ὑμῶν καὶ ἀξιοπλόκου πνευματικοῦ στεφάνου τοῦ πρεσβυτερίου ὑμῶν καὶ τῶν κατὰ Θεὸν διακόνων i. *cum digne decentissimo Episcopo vestro, & digne complexo spirituali corona Presbyterij vestri, & eorum qui secundum Deum Diaconorum.* Et in epistola ad Smirnæos, πάντες τῷ ἐπισκόπῳ ἀκολουθεῖτε ὡς Ἰησοῦς Χριστὸς τῷ πατρί, καὶ τῷ πρεσβυτερίῳ, ὡς τοῖς ἀποστόλοις, τοὺς δὲ διακόνους ἐντρέπεσθε ὡς Θεοῦ ἐντολήν, &c. *Omnes Episcopum sequimini, vt Iesus Christus patrem, & Presbyterium vt Apostolos, Diaconos autem, vt Dei mandatum, nullus sine Episcopo aliquid operetur*, &c. Et in fine. Ἀσπάζομαι τὸν ἀξιόθεον ἐπίσκοπον, καὶ θεοπρεπέστατον πρεσβυτέριον, τοὺς συνδούλους μου διακόνους, id est, *saluto Deo dignum Episcopum, & Deo decens Presbyterium, & conseruos Diaconos.* Et in epistola ad Ephesios, & ad Philadelphios, quæ omnes editæ sunt ex Bibliotheca Florentina, in quibus sanctus ille pater, semper meminit Episcoporum, Presbyterorum & Diaconorum.

Quod cùm videret Salmasius, vt testimonium eius eleuaret, dixit hūc authorem scripsisse paulò post Valentinum, quod probare conatur ex epistola ad Magnesianos iam edita ex Codice Biblioth. Florentinæ quam ipse veram agnoscit, his verbis, οὐ προσειληφότας τὴν φαινομένην νεωτερικὴν τάξιν, ἀλλ' ὡς φρονίμους ἐν θεῷ

CAPVT XVIII. συγχωρῦντας αὐτῷ, οὐκ αὐτῷ δ' ἀλλὰ τῷ πατρὶ Θεῦ Ἰησοῦ Χριςοῦ τῷ πάντων ἐπισκόπῳ. i. *vt ipse interpretatur non accipientes eam quæ noua videtur institutionem, sed tanquam prudentes in Deo cedentes ipsi, nec ipsi vero, sed Deo Patri Iesu Christi, omnium inspectori & moderatori.* Sed alius est sensus horum verborum, B. Ignatius hortatur Presbyteros Magnesianos, vt quod eorum Episcopus sit iuuenis ordinatus, & ipsi sint senes, non putent se propter prærogatiuam ætatis, posse familiariter & non reuerentes eo vti propter eius inuenilem ætatem, sed ei tribuendam omnem reuerentiam, sicut inquit agnoui, & sanctos Presbyteros facere; nec sibi ideo assumant aliquid, sed omnia concedant, ibi enim νεωτερικὴ τάξις est νεωτέρυ τάξις, id est, *iuuenis ordinatio.* Et in glossis νεωτερικὸς est iuuenalis, inuenilis, & aliis glossiis νεωτερικὸν est inuenile, & νεωτερίζω, est iuuenor apud Isidor. Pelus. lib 2. epist. 21. διὰ τί ἐπὶ γήρως ὢν ἔτι νεωτερίζεις, sed & Athanas. de virginitate *vestes iuuencularum* vocat τὰ νεωτερικὰ χρώματα. Et Paulus ipse ep. 2. ad Timoth. 2. ait, τὰς νεωτερικὰς ἐπιθυμίας φεῦγε, adiectiuum enim ponitur pro substantiuo, vt illud *regales inter mensas, & iuuenili ardebat amore*, nec dubitabis νεωτερικὴν τάξιν esse iuuenilem, id est, iuuenis ordinationem; non nouam ordinationem, nec ludendum in æquiuocis: quod colligitur ex sequentibus vbi dicitur multos Presbyteros contempsisse adolescentiam sui Episcopi, & prætextu ætatis multa fecisse sine eo, *quidam,* inquit, *Episcopum quidem vocant, sine ipso autem omnia operantur.* Quos ideo non solum hortatur, sed damnat, & ita Paulus 1. ad Timoth. 4. dicebat, *Adolescentiam tuam nemo contemnat*, & hoc agitur in ea epistola, nec agitur de noua aliqua institutione, quæ facta sit de Episcopis preferendis Presbyteris, nam semper præpositi illis fuerant, vnde ait, illos Episcopo suo obsequi debere tanquam Deo vniuersali Episcopo, quod non diceret, si Episcopi haberent illam potestatem, ex noua & humana constitutione. Locus integer ita ha-

ita habet. Καὶ ὑμῖν δὲ πρέπει μὴ συγχρᾶσθαι τῇ ἡλικίᾳ τοῦ ἐπισκόπου ἀλλὰ κατὰ δύναμιν Θεοῦ πατρὸς πᾶσαν ἐντροπὴν αὐτῷ ἀπονέμειν, καθὼς ἔγνων καὶ τοὺς ἁγίους πρεσβυτέρους, οὐ προσειληφότας τὴν φαινομένην νεωτερικὴν τάξιν, ἀλλ᾽ ὡς ἐν Θεῷ συγχωροῦντας αὐτῷ. οὐκ αὐτῷ δὲ ἀλλὰ τῷ πατρὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ τῷ πάντων ἐπισκόπῳ. i. *sed & vos decet, non licentius, non liberius, non familiarius, cum ætate (iuuenili) Episcopi degere & conuersari, sed secundum potentiam Dei Patris, omnem ei reuerentiam tribuere, sicuti & comperi (vos scilicet) sanctos Presbyteros, non assumentes & attrahentes ad vos apparentem iuniorem ordinem, (id est, officium & vicem eius qui videtur iunior ordinatus) sed vt prudentes in Deo ipsi concedentes, (id est, eius arbitrio omnia permittentes) non ipsi autem, sed Patri Iesu Christi, omnium Episcopo.*

CAPVT XVIII.

Et cùm videat hanc suam interpretationem non sufficere, in confirmationem suæ sententiæ, addit in ea epistola, fieri mentionem Σιγῆς, quæ pertinet ad Valentinianos: verùm neque inde probari potest Ignatium fuisse posteriorem Valentino, nam Valentinus, fuit Discipulus Theodadis, & Theodades fuit notus Paulo, vt ait Clemens Alexandrinus lib. 7. Stromat. ὡς αὐτὸς δὲ καὶ Οὐαλεντῖνοι Θεοδᾶδι ἀκηκοέναι φέρουσιν, γνώριμος δ᾽ οὗτος ἐγεγόνει Παύλου. Et ita Valentinus potuit didicisse suam Σιγὴν à Theodade, & Ignatius etiam ante Valentinum illam cognoscere, deinde Valẽtinus fuit Gnosticus, vt refert Epiphan. hæresi 31. at Gnosticorum origo sumitur à Saturnilianis, qui erant longe ante Valentinum, teste eodem Epiphan. hæresi 23. Idemque Valentinus in pluribus sequitur Basilidem. authore Clemente Alexandr. lib. 2. & 4. Stromat. Denique Tertull. de præscript. hær. cap. 46. & 47. ait Nicolaum vnum ex 7. Diaconis inuenisse Aeones & tenebras in concupiscentia luminis, ante Valentinũ, suntque alij loci, quos adfert vir doctissimus Isaacius Vossius, ad refellendam illius sententiam.

Pius quoque Papa scribens Iusto Viennensi Epis-

CAPVT XVIII.

copo circa annum Christi 166. apertè distinguit Presbyteros ab Episcopis, commendans ei humilitatem, *Presbyteri*, ait, *& Diaconi, non vt maiorem, sed vt ministrum Christi te obseruent.*

Sequitur Origenes, qui aperte distinguit Presbyteros ab Episcopis, tractatu 24. in Matthæum cap. 23. *Manifeste*, inquit, *eiusmodi delicta, non tantum tunc apud Scribas, & Pharisæos inueniebantur, vel inueniuntur apud ipsos, sed etiam in Ecclesia Christi, inueniuntur non solum conuiuia, & facientium ea mensas suscipientes, sed etiam Cathedras primas in eis amantes, & multa facientes, primum quidem vt Diaconi fiant, non tales quales dicit scriptura, sed quales sunt qui comedunt viduarum domos, oratione longa orantes, & qui tales Diaconi fieri volunt, consequenter visibiles Cathedras primas eorum qui Presbyteri præripere ambiunt, quidam autem nec istis contenti, plurima machinantur, vt Episcopi vocentur ab hominibus quod est Rabi.* Eo enim loco ostenditur per gradus Diaconi, & Presbyteri perueniri ad gradum Episcopi.

Et Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum, dicit Presbyteros & Diaconos, ἐνταῦθα ἐπὶ γῆς πρωτοκαθεδρίᾳ, id est, *Hic in terris prima cathedra honoratos*, deinde Episcopos, Presbyteros & Diaconos, esse imitationes gloriæ Angelicæ, ἐπεὶ καὶ αἱ ἐνταῦθα κατὰ τὴν ἐκκλησίαν προκοπαὶ ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων, διακόνων, μιμήματα οἶμαι ἀγγελικῆς δόξης. i. *nam hic quoque in Ecclesia progreßiones Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum sunt vt arbitror, imitationes gloriæ Angelicæ.* Et licet paulò ante, & alio loco meminerit tantum Presbyterorum & Diaconorum, hoc fecit, quia per Presbyterum intellexit etiam Episcopum, cui tribuit eodem loco πρεσβυτείου δόξης, ad distinctionem simplicis Presbyteri. Et libr. 1. Stromatum postquam egit de præceptis communibus fidelium, agit de præceptis, quæ ad Clericos, (quos electas personas appellat) pertinent *plurima autem alia præcepta quæ ad electas personas pertinēt, in sanctis*

libris scripta sunt, hæc quidem Persbyteris, alia vero Epis-*copis, alia Diaconis, alia autem viduis, de quibus fuerit aliud dicendi tempus*; aut ergo hunc locum non vidit, aut finxit se non vidisse, eligat quod volet. CAPVT XVIII.

Et Tertullianus lib. de Baptismo cap. 17. *Superest ad concludendam materiolam de obseruatione quoque dandi & accipiendi baptismum commonefacere, dandi quidem habet ius summus Sacerdos qui est* Episcopus, *dehinc Presbyteri, & Diaconi, non tamen sine Episcopi authoritate, propter Ecclesiæ honorem, quo saluo pax est.* Et lib de præscript. hæret. de eorum ordinationibus ita loquitur, *itaque alius hodie* Episcopus, *cras alius, hodie Diaconus qui cras lector, hodie Presbyter qui cras laicus, nam & laicis munera iniungunt.* Et lib 4. aduersus Marcionem comparat 12. Apostolos, 12. fontibus in Elim, & 72. Discipulos, 70. palmis, sicut & ipse Hieronymus, qui immemor eorum quæ alibi dixerat subiratus, pacato animo epist. ad Fabiolam de 42. mansionibus, idem dicit, insuperque vocat Discipulos secundi ordinis & minoris gradus, *Nec dubium*, inquit, *quin de duodecim Apostolis sermo sit, de quorum fontibus aquæ deriuatæ totius mundi siccitatem rigant, iuxta has aquas septuaginta creuerunt palmæ, quas & ipsos secundi ordinis intelligimus præceptores, Luca Euangelista testante, duodecim fuisse Apostolos, & septuaginta Discipulos minoris gradus, quos & binos ante se Dominus præmittebat.*

Illi vero tres Ecclesiæ Doctores, Origenes, Clemens Alexandrinus, & Tertullianus fuerunt tantum Presbyteri, qui si cognouissent Episcopatus pertinuisse ad Presbyteros, vt erant acuti & eruditi, & acres in scribendo, acerrime & vehementissime hanc causam refricassent; nec silentio præteriissent illam nouam legem; de qua egimus supra, quæ ad totum statum Ecclesiæ pertinebat.

His addendus est Iræneus, horum omnium contemporaneus, aut Paulo iunior. Ille enim auditor fuit

CAPVT XVIII.

Polycarpi, teste B. Hieronymo, de Irenæo & Theodoreto dialogo 7. qui dicitur immutabilis, is enim primo expertus fuit illam distinctionem, longo ante tempore Presbyter, antequam esset Episcopus, nam cùm esset Presbyter Romam missus est, & commendatus Eleuthero Papæ, Euseb. libro 5. cap. 4. deinde mortuo Potino Lugdunensi Episcopo, obtinuit Episcopatum Euseb. lib 5. cap. 5. Idem vero Irenæus lib. 3. apud Euseb. libr. 4. cap. 15. Episcopum vocat Polycarpum & Episcopatum eius Ecclesiam Smirnensem.

Et ante illos omnes Clemens Romanus epist. ad Corinthios, loquitur de constitutione Episcoporum facta ab Apostolis, vt postea dicemus, vel vt ait Athanas. epistol. ad Dracontium, *facta à Domino per Apostolos*; vbi addit, *eos quibus ordinatio Ecclesiarum ita facta non placet, Seruatoris qui eam ita constituit contemptores esse.*

Et in epistola Synodi habitæ aduersus Paulum Samosatenum, inscriptio eius facta dicitur ab Episcopis, Presbyteris, & Diaconis, apud Euseb. lib. 7. cap. 24.

Et cùm non habeamus authores prioris sæculi, hi possunt sufficere homini rationem non reiicienti, sed aduersarij ad summam causæ semper opponunt, quæ tẽpore absunt, & faciũt vt Sophistæ apud Platonem, qui ab ente in non entis tenebras aufugiebãt, & nunquam comprehendi poterant, nam tergiuersando, simulachro orationis suæ, nos cogere conantur, vt quæ non sunt, esse quodammodo fateamur.

Atque etsi nihil scriptum haberemus de primis Episcopis, sufficerent mores traditio, & cõsuetudo Ecclesiæ, quæ ab Apostolis venire censeretur, nam vt ait S. Augustin. lib. 2. de Baptismo contra Donatistas cap. 9. *Multa quæ non inueniuntur in litteris eorum (scilicet Apostolorum) neque in Conciliis posteriorum, & tamen quia*

per vniuerſam cuſtodiuntur Eccleſiam, non niſi ab ipſis (Apoſtolis) tradita & commendata traduntur; Sicut iure ciuili quod moribus & interpretatione prudentum inductum eſt, non minus dicitur legitimum, quam quæ ex ipſis legibus veniunt inſtitut. de legitima patronorum tutela, quod intelligantur fieri ex mente & ſenſu legis, & multa ſunt in iure ciuili moribus recepta & interpretatione prudentum, vt patria poteſtas lib. 8. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris, & adoptio, l. 26. de adoptionib. & legitima patronorum tutela, Inſtitut. ante dicto titulo, & pupillaris ſubſtitutio l. 2. de vulgari, cumque Chriſtus fecerit Apoſtolos, ſimul Presbyteros & Epiſcopos, & Diſcipulos etiam ſeptuaginta ſeparauerit ab Apoſtolis; Apoſtoli potuerunt ex interpretatione ſua, ſeparare Epiſcopos à Presbyteris, & hoc poteſt eſſe pars iuris Canonici moribus & interpretatione prudentum, id eſt Patrum Eccleſiæ introducti, quod non minus valet non ſcriptum, quàm ſcriptum, ſed, vt ante probauimus, nullum vnquam Concilium fuit ſiue particulare ſiue generale, & nulla ſcripta Patrum vetuſtiorũ, in quibus non fiat mentio Epiſcoporum ſeorſim & ſeparatim à Presbyteris. Ipſique Aëriani, qui dicebant nullam differentiam eſſe inter Epiſcopum & Presbyterum; inter hæreticos habiti ſunt, non ſolum à Beato Epiphanio loco citato, ſed etiam à S. Auguſtino libro de hæreſibus ad Quoduult Deum, hæreſi 53. vbi dicitur, *lapſum eſſe in hanc & aliam hæreſin, quod cum eſſet Presbyter, doluiſſe fertur quod Epiſcopus non potuiſſet ordinari*, ex quo intelligitur quo authore nitatur aduerſarius.

CAPVT XVIII.

Caput XIX.

CAPVT XIX.

DEnique illi Episcopi, vel diuina Dei voluntate, vel propter meritum multorum suffragio comprobatum eligebantur; nam & Apostoli vsi sunt electione tum Diaconorum, tum Matthiæ in locum Iudæ, Actor. cap. 1. & cap. 7. & diximus supra ex Ruffino lib. 3. cap. 3. Histor. Apostolorum Discipulos, in locis vbi Euangelij fundamenta posuerant, electis ibi quibusdam quibus Ecclesias regendas cõmitterent, ad alias gentes properasse. Et ex Clemente Alexandrino apud Euseb. lib. 2. cap. 23. B. Ioannem, in quibusdam locis clerum constituisse ex hominibus sibi à spiritu diuino designatis. Et legimus apud Eusebium lib. 6. cap. 22. cùm ageretur de electione Romani Pontificis, & Fabianus qui nemini in mentem venerat, interfuisset, columba non sine miraculo in caput eius insedente eum factum esse Romanum Pontificem. Et multi qui non erat Presbyteri, etiam absentes facti sunt Episcopi, vt Gregor. Thaumaturgus, Origenis Discipulus, vt refert Gregpr. Nyssen. in eius vita. Et Epiphanius etiam necdum Clericus, vt habetur in eius vita cap. 34. Et non solum Clerici eiusdem Presbyterij, sed etiam alieni & extranei prætenderunt se posse eligi, vt Marcion, referente Ephanio in eius hæresi. Quin etiam ij qui nolebãt eligi ad hoc munus suscipiendum cogebantur, vt dicitur ab Origene lib. 8. contra Celsum in fine, verba sunt, ἡμεῖς δὲ ἐν ἑκάστῃ πόλει ἄλλο σύστημα πατρίδος κτισθὲν λόγῳ Θεοῦ ἐπιστάμενοι, τοὺς δυνατοὺς λόγῳ καὶ βίῳ ὑγιεῖ χρωμένους ἄρχειν, ἐπὶ τὸ ἄρχειν ἐκκλησιῶν παρακαλοῦμεν, οὐκ ἀποδεχόμενοι μὲν τοὺς φιλάρχους, βιαζόμενοι δὲ τοὺς διὰ πολλὴν μετριότητα τὴν κοινὴν φροντίδα τῆς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ μὴ βουλομένους προπετῶς ἀναδέξασθαι. i. *Nos vero in vnaquaque ciuitate alium populum patriæ constitutum verbo Dei cognoscentes eos qui possunt regere vtentes doctrina & vita sana, ad regendas Ecclesias*

hortamur, non recipientes ambitiosos, cogentes vero eos qui præ modestia communem Ecclesiæ Dei sollicitudinem nolunt perperam sumere. Σύστημα verò hîc non est Presbyteriũ, sed tota Ecclesia fidelium, vult enim dicere Christianos esse in patria, patriam specialem seruorum Dei, sicut cum Neocæsareæ erant tantum 17. fideles, vt ait Gregor. Nyssen. in vita Gregor. Thaumaturgi, isti poterant dici in sua patria populus alius verbo Dei institutus, & patriam in patria atque ciuitatem in ciuitate constituere, sicut & Leuitæ, qui erant assumpti à Domino de medio filiorum Israël, Numer. 3. Nam σύστημα, *populum & gentem significat*, Macab. 2. cap. 15. vbi cùm dicitur, *orare pro omni populo Iudæorum*, pro populo in Græco est συστήματι. Et lib. 3. συναθροισθέντος σύστημα. i. *in vnum congregata tota gente.* Et S. Chrysost. epist. ad Thessalon. cap. 1. accipit σύστημα pro tota Ecclesia, non pro Clero, & Presbyterio καὶ τὸ τῆς ἐκκλησίας σύστημα πολὺ ἦν. i. *& magnus erat cœtus Ecclesiæ.* Et deinceps: & Philosophus Pythagoricus apud Stobæum in Oeconomico docet quid sit. σύστημα tamen est concessus, cœtus vel collegium. Glossæ σύστημα *globus, contubernium, Caterua, factio, collegium.* Et apud Iurisconsultos σύστημα est collegium 7. Eglog. cap 101. Quod etiam electiones locum haberet fatetur S. Hieronym. epist. ad Euagrium, quem postea adferemus. Et ex Eutychio Patriarcha Alexandrino, in Originibus Ecclesiæ Alexandrinæ. Porro, sicut Christiani inter Gentiles in eadem ciuitate dicuntur ciuitas in ciuitate, & alius populus, ab Origene loco citato; ita à S. Clemente in epist. ad Corinthios. Ecclesia Romana respectu totius Romæ tunc Gentilis dicitur, incolatus, seu habitare Romæ, sicut habitant incolæ, ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ἡ παροικοῦσα Ῥώμην, τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ παροικούσῃ Κόρινθον, id est, *Dei Ecclesia quæ Romam inhabitat, Ecclesiæ Dei quæ habitat Corinthum.* Nam παροικεῖν est habitare Psalmo 14. vers. 1. Κύριε τίς παροικήσει ἐν τῷ σκηνώματί σου, *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo,*

CAPVT XIX.

CAPVT XIX.

& Psalmo 5. vers. 5 οὐ παροικήσει σοι πονηρευόμενος, id est, *non habitabit iuxta te malignus*. Et ita potest accipi Lucæ cap. 24. vers. 18. σὺ μόνος παροικεῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ, &c. *tu solus habitas in Hierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus*: Vbi versio Latina habet, tu solus peregrinus es in Hierusalem, differentia vero manifesta ponitur à B. Paulo in epist. ad Ephes. c. 1. *iam non estis*, ξένοι καὶ πάροικοι, id est, *hospites & aduenæ sed*, συμπολῖται, id est, *ciues sanctorum, &* οἰκεῖοι *domestici Dei*. παροικεῖν, est, plerumque habitare, tanquam incolam, vnde eodem Psalmo 5. vers. 5. οὐ προσηλυτεύσει σοι. id est, *non habitabit tanquam aduena & Proselytus*. Et Paralipomenon, lib. 1. cap. 29. vers. 15. sumitur pro peregrinari, ὅτι πάροικοι ἐσμὲν ἐναντίον σου, καὶ παροικοῦντες, ὡς πάντες οἱ πατέρες ἡμῶν. i. *quoniam incolæ sumus ante te & peregrinantes sicut omnes patres nostri*.

Et alibi passim, ita vt Ecclesia illa Roman apud Clementem cum essent in ea pauci Christiani dici potius debeat παροικοῦσα, quam ἐνοικοῦσα, vt aliqui distingunt, licet alij vtramque vocem vsurpent de incolis, & nullam ponant differentiam inter ἔνοικοι & πάροικον, non est autem semper idem εἶναι & παροικεῖν, nam potest aliquis esse alicubi qui non erit incola, quomodo Constantinus scribit ἐπισκόποις τοῖς οὖσι ἐν Ἀντιοχείᾳ, ijs scilicet qui venerāt Antiochiam ad Synodum, nec eam incolebant apud Euseb. lib. 3. cap. 60. de vita Constantini, imo Ecclesia tunc dicebatur à Petro minus quam παροικοῦσα, ille enim epist. 1. scribit electis Christi παρεπιδήμοις, quod minus est quam si dixisset incolis, vt explicat Oecumenius, &c. παροικία, sæpissime accipitur de Ecclesiis tantū rusticanis, Can. 17. Synodi Chalcedon. & à S. Basil. in epistolis.

CAPVT

CAPVT XX.

CAPVT XX.

SVperest vt soluamus difficultates quas sumunt aduersarij ex scriptis B. Hieronymi & aliorum, ille enim epist. ad Titum ita loquitur, *Antequam diaboli instinctu, studia in Religione fierent in populis, Ego sum Pauli, Ego Apollo, Ego autem Cephæ, communi Presbyterorum Concilio Ecclesiæ gubernabantur, postquam vero vnusquisque eos quos baptizauerat suos esse putabat, non Christi, in toto decretum est orbe, vt vnus de Presbyteris electus super poneretur, cæteris, ad quem omnis Ecclesiæ cura pertineret, & schimatum semina tollerentur.* Et epist. ad Euagriū. *Quod autem postea vnus electus est qui cæteris præponeretur Presbyteris, in schismatis remedium factum est, ne vnusquisque, ad se trahens Christi Ecclesiam rumperet, nam & Alexandriæ à Marco Euangelista vsque ad Heraclam, & Dionysium Episcopos, Presbyteri semper vnum ex se electum in excelsiori gradu collocatum Episcopum nominabant, quomodo si exercitus Imperatorem faciat, aut Diaconi eligant de se quem industrium nouerint, & Archidiaconum vocent, quid enim facit excepta ordinatione Episcopus, quod non faciat Presbyter, nec altera Romanæ vrbis Ecclesia, altera totius orbis æstimanda est, & Gallia & Britannia & Affrica & Persis, & Oriens & India, & omnes Barbaræ nationes, vnū Christum adorant, vnam obseruant regulam veritatis. Si authoritas queritur, orbis maior est vrbe, vbicumque fuerit Episcopus siue Romæ, siue Eugubij, siue Constantinopoli, siue Rhegij, siue Alexandriæ, siue Tanis, eiusdem meriti, eiusdem est Sacerdotij, potentia diuitiarum, paupertatis humilitas, vel sublimiorem vel inferiorem Episcopum non facit, cæterum omnes Apostolorum successores sunt.* Et hoc est primum eorum argumentum.

Sed respondetur primum, nos iam præocupasse dicere supra, quomodo Apostoli & Discipuli regerent in commune Eccesiam, quatenus nimirum Apostoli multa permittebant Discipulis, aut confir-

M

Capvt XX.

mabant quod ab illis factum esset, non quod eandem potestatem haberent, quæ œconomia necessaria erat, quia iam dixerat Dominus, Messem esse multam, operarios paucos.

Quod vero additur in schismatis remedium, vnum electum fuisse, & cæteris præpositum, nimirum cùm aliqui cœpissent dicere, ego sum Pauli, ego sum Apollo, ego Cephæ, & vnusquisque eos quos baptizauerat suos esse diceret, non Christi, ideoque tunc in toto orbe decretum esse, vt vnus præponeretur. Ad id respondetur illud schisma, vel esse schisma futurum, & idem dicitur à Clemente epist. ad Corinthios, qui loquitur de contentione futura, ad quod euitandum Clemens ait Apostolos cognouisse per Christum, vt constituerent Episcopos; vel esse schisma quod iam ortum erat, temporibus Apostolorum, vt docet ipsemet B. Paulus ad Corinth. cap. 1. *Obsecro vos fratres per nomen Domini Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia, significatum est enim mihi: de vobis fratres mei, ab iis qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter vos, hoc autem dico, quod vnusquisque vestrum dicit, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Christi, diuisus est Christus? nunquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis, gratias ago Deo quòd neminem vestrum baptizaui, nisi Crispum & Caium, ne quis dicat quod in nomine meo baptizati estis,* &c.

Et capite 3. de eadem re pluribus agit. Clemens tamen epist. ad Corinthios loquitur de alio schismate Corinthiorũ & ait cum reuelatum eis esset à Christo contentionem in Ecclesia futuram de Episcopatu, constituisse Episcopos, & videtur B. Hieronymus id sumpsisse ex Clemente: καὶ οἱ ἀπόστολοι, inquit, ἡμῶν ἔγνωσαν, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἔρις ἔσται ἐπὶ τοῦ ὀνόματος τῆς ἐπισκοπῆς. διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν πρόγνωσιν εἰληφότες τελείαν κατέστησαν τοὺς προειρημένους, καὶ

μεταξὺ, ἐπινομὴν δεδώκασιν, ὅπως ἐὰν κοιμηθῶσιν διαδέξωνται ἕτεροι δεδοκιμασμένοι ἄνδρες τὴν λειτουργίαν αὐτῶν. i. *Et Apostoli nostri cognouerunt per Dominum nostrum Iesum Christum, quod cōtentio esset futura de nomine Episcopatus, propter hāc igitur causam, præscientiam perfectam accipientes, constituerunt prædictos (scilicet Episcopos) in Ecclesiis, & interim legem dederunt, vt cum illi obdormierint, alij probati viri ipsorum functionē accipiant.* Ex quo sequitur, Episcopos non fuisse institutos, post vnum aut duo sæcula, nec denique post Valentinum, vt ex Ignatij epistola male colligebant aduersarij. Sed fuisse in Ecclesiis constitutos & Presbyteros, etiam temporibus Apostolorum, vt de Timotheo & Tito supra diximus, quales etiam fuerunt Angeli Ecclesiarum in Apocalypsi, & hoc est quod ait B. Hieronymus in toto orbe constitutum esse, aut potius obseruatum, quoniam consuetudo legis habet vigorem, nec enim verba illa ad posteriora tempora Concilij Nicæni, vel alterius Concilij referenda sunt. Et nos fatemur, illam constitutionem valde vtilem fuisse Ecclesiæ ad tollenda schismata; sed hæc eorum constitutio, longe alia est ab eorum institutione & ordinatione sacra, potuerunt vero Apostoli ante constitutos in Ecclesiis Episcopos illas regere in commune, per delegationem Apostolorum, vt ante dixi. Nam similiter cum fideles initio viuerent in commune cum Apostolis, Actor. cap. 2. & 4 id tamen etiam temporibus ipsis Apostolorum desiit obseruari, vt habet S. Chrysostom. in 1. ad Corinth. cap. 11. καθάπερ ἐπὶ τῶν τρισχιλίων τῶν ἐξ ἀρχῆς πιστευσάντων κοινῇ πάντες εἰστιῶντο, καὶ κοινὰ πάντα ἐκέκτηντο, οὕτω καὶ τότε ὅτε ταῦτα ἔγραφεν, ὁ ἀπόστολος ἐγίνετο, οὐχ οὕτω μὲν μετὰ ἀκριβείας. i. *Sicut in tribus millibus, eorum qui ab initio crediderunt, omnes communiter viuebant, & omnia communia possidebant, ita etiam quando hæc scripsit Apostolus fiebant, sed non adeo exacte & accurate.* Schismata vero facta fuisse tempore Apostolorum propter primatū adhuc etiam colligitur ex epistola 3. S. Ioannis Apo-

CAPVT XX.

ſtoli, vbi Diotrephes videtur illud excitaſſe. Et ex ſupra dicta epiſt. Clementis, in qua, vt dixi agit de alio ſchiſmate Corinthiorum poſt obitum Petri & Pauli exorto.

Quod rurſus addit B. Hieronym. de conſuetudine Eccleſiæ Alexandrinæ in ea vſque ad Heraclam & Demetrium (vel potius vſque ad Demetrium, & Heraclam, nam Heraclas ſucceſſit Demetrio) Presbyterum vnum electum, & nominatum Epiſcopum, vt ſi quis Diaconum faciat Archidiaconum. Et confirmatur, ab Eutyche Patriarcha Alexandrino in originibus Eccleſiæ ſuæ, editis à doctiſſimo & ſapientiſſimo Seldeno vbi dicit Alexādriæ vnum tantum fuiſſe Epiſcopum, qui totam regeret Ægyptum, & cōſtitutos duodecim Presbyteros qui manerent cum eo, & eligerēt Epiſcopum vnum de numero illorum, eique manus imponerent, deinde alium Presbyterum in locum eius qui electus erat Epiſcopus eligerent, ita vt ſemper eſſent duodecim Presbyteri, nec deſiiſſe hunc morem eligendi vnum ex illis duodecim Presbyteris in Patriarcham, niſi temporibus Alexandri Patriarchæ, qui interfuit Concilio Nicæno, is enim vetuit ne deinceps Patriarcham crearent Presbyteri, & vt mortuo Patriarcha, conuenirent Epiſcopi, qui Patriarcham ordinarent, item vt non tantum vnum ex illis duodecim Presbyteris Patriarcha eligeretur, ſed ex quacunque regione; additque paulo poſt Alexandriæ vſque ad tempora Demetrij Patriarchæ nullum fuiſſe alium Epiſcopum in Prouinciis Ægypti, Demetrium autem tres primum conſtituiſſe Epiſcopos, & Heraclam ſucceſſorem eius viginti Epiſcopos ordinaſſe.

Et inde apparet B. Hieronym. deceptum fuiſſe cum dixiſſet vſque ad Heraclam & Demetrium illos duodecim Presbyteros & ſemper vnum ex ſe elegiſſe Epiſcopum , ſi ille mos eligendi vnum ex ſe durauit vſque ad Alexandrum , & annum circiter 318. At

volebat dicere Hieronym. vsque ad Demetrium & Heraclam nullos fuisse Episcopos in Ægypto præter Alexandrinum, quæ longe diuersa sunt, deinde male præponit Heraclam Demetrio, qui fuit Demetrij successor. Ad illam ergo consuetudinem respondetur 1. B. Hieronym. & Eutychium loquutos esse ex vulgari & incerta traditione Ægyptiorum, multa vero acta circũferuntur in quibus fabulosæ nonnunquam reperiuntur historiæ Martyrum, aut origines Ecclesiarum, vt dicitur in Can. 63 Synodi Trullanæ, & à Balsamone ibidem, & sicut Varro dicebat tẽpus omne quod antecedit primam Olympiadem, esse μυθικὸν seu fabulosum, ita nos idem dicere possumus de multis historiis, quæ ab eiusdem temporis scriptoribus traditæ non sunt, sed per famam ad nos peruenerunt. Et non sine ratione dicebat B. Basil. homil. in Gordium Martyrem, metuendum esse ne in iis à veritate recedamus. Loquitur de S. Gordio, ἀμυδρὰ γάρ τις φήμη πρὸς ἡμᾶς διεδόθη τῆς ἐπὶ τῶν ἀγώνων ἀνδραγαθίας τοῦ ἀνδρὸς διασώζουσα. καὶ πως δοκεῖ τὰ καθ' ἡμᾶς τοῖς τῶν ζωγράφων προσεοικέναι· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι, ἐπειδὰν ἐξ εἰκόνων μεταγράφωσι τὰς εἰκόνας πλεῖστον ὡς εἰκὸς τῶν ἀρχετύπων ἀπολιμπάνονται· καὶ ἡμᾶς αὐτῆς τῆς θέας τῶν πραγμάτων ἀπολειφθέντας, κίνδυνος οὐ μικρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐλαττῶσαι, id est, *Obscura enim quædam fama nobis tradita est huius viri præclara facta est certamina conseruans, quamobrem pictoribus recte comparabimur, illi enim cum ex imaginibus imagines depingunt, vt plurimum à prima forma recedunt, nos item cum rerum gestarum aspectu caruerimus, non parum metuendum, ne veritatem diminuamus.* Et ratio est in nostra quæstione, quia in illa traditione dicitur Presbyteros illos sine noua ordinatione, vnum ex duodecim Presbyteris constituere, vt videtur dicere B. Hieronymus, vel vt ei manus imponerent, vt ait Eutychius, iam enim ostendimus per manuum impositionem ordinari Episcopos, & illam ordinationem non pertinere ad Presbyteros, sed ad Episcopos, & verum

CAPVT XX. etiam non videtur quod dicunt ex illa traditione vſque ad Demetrium in Ægypto nullum fuiſſe Epiſcopum, præter Alexandrinum; nam Nicephor. Caliſt. lib.2.cap.43. refert S. Marcum plures Epiſcopos ordinaſſe in Cyrene & Pentapoli. Et Rabanus Maurus in Martyrolog. 7. Kalend. Maij de illo ita loquitur. *Ordinauerat per ſe Alexandriæ Epiſcopum Anianum, aliis quoque longe lateque Eccleſiis, Epiſcopos, Presbyteros & Diaconos dederat.* Et Affricus Cantuarienſis in ſanctorum vitis idem teſtatur, vt refert Seldenus. Et Vopiſcus etiam tradit ex epiſtola Hadriani Cæſaris ad Seruianum Conſulem Ægyptum habuiſſe Epiſcopos. *Ægyptum*, inquit, *quam mihi laudabas, totam dici leuem, pendulam, & ad omnia famæ momenta volitantem, illi qui Serapim colunt Chriſtiani ſunt, & deuoti ſunt Serapi, qui ſe Chriſti Epiſcopos dicunt.* Et ſane non eſt probabile tot regiones potuiſſe tandiu regi ab vno Epiſcopo, & ſcimus quod cum B. Baſil. audiuiſſet in Iſauria Lycaoniæ vnum tantum eſſe Epiſcopum, cui omnium Eccleſiarum cura competeret, reſpondiſse quod licet vnus aliquis probatus Epiſcopus, poſſit eſse inſtar multorum, tamen hoc fieri non poſse ſine periculo Eccleſiarũ, & illi aſsumendos eſſe in meſsẽ operarios, & generaliter concludit ſemper fuiſse multo conducibilius toti Eccleſiæ, vt in plures Epiſcopos ſollicitudo hæc diuideretur, & reprobat illam pluribus imperãdi cupiditatem, maxime in Iſauria, in qua dicit olim fuiſse Epiſcopos ἐν ταῖς μικροπολιτείαις ἤτοι μικροκωμίαις. *i. in paruis ciuitatibus, aut vicis*, ep 406. Idemque B. Baſil. id ipſum etiam peregit reipſa quod docuit in dicta epiſt. 406. Nam cum Cappadocia in duas Prouincias, & Metropoles diuiſa fuiſset, ac multa ex priori nouæ Metropoli adiuncta, & Anthimus qui huius nouæ Prouinciæ factus erat Epiſcopus, diceret æquum eſse, vt cum publicis adminiſtrationibus etiam Eccleſiæ diuiderentur, Baſilius contra, veteri conſuetudini & diuiſioni quæ olim à Patrib' facta eſset, inhærebat, is

tamen postea, cum videret ex illa contentione multa mala exoriri posse, dissidium illud in Ecclesiæ commodum & incrementum conuertit, patria sua sic pluribus Episcopis communita, vt testatur Gregor. Naz. orat. 20. CAPVT XX

Respondetur 2. ad illam traditionem, vel illos 12. Presbyteros elegisse tantum, & non consecrasse Episcopum Alexandrinum, licet id in traditione contineatur, potuisse enim accipi electionem pro consecratione, vt sæpissime apud Græcos sumitur χειροτονία, vt obseruat Zonar. & Balsamo in Can. 4. Synod. Nicænæ: & ipsos non consecrasse, sed elegisse tantum censet Marianus Victorius Episcopus Amerinus, ad Hieronym. Vel dicendum aliquos ex illis 12. Presbyteris fuisse Episcopos, sed sine sede & titulo, quos ideo Episcopus Alexandrinus in Ægyptum aliquando mittebat, nam diximus supra de Discipulis, aliquos eorum fuisse ordinatos Episcopos Act. 13.

Respondetur 3. illam consuetudinem Ægypti, non posse præualere vniuersalis Ecclesiæ authoritati, & ita dici posse Hieronymo, illud Hieronymi, *si authoritas quæratur, orbis maior est vrbe.*

Secundum argumentum, quod sumunt ex eodem B. Hieronymo, in dicta epistola ad Titum. *Sicut ergo,* inquit, *Presbyteri sciunt se ex Ecclesiæ consuetudine, ei qui sibi præpositus fuerit esse subiectos, ita Episcopi nouerint se magis consuetudine, quam dispositionis Dominicæ veritate Presbyteris esse maiores, & in commune debere Ecclesiam regere, imitantes Moysen, qui cum haberet in potestate solus præesse populo Israël, septuaginta elegit cum quibus populum iudicaret, de eisdem septuaginta mentio facta est in consecratione Presbyteri, dicendo vt cum Pontifices summos regendis populis præfecisset, ad eorum societatis, & operis adiumentum sequentis ordinis viros, & secundæ dignitatis eligerent.*

Respondetur, ad id quod dicit Presbyteros esse subditos Episcopis, & Episcopos præpositos Presby-

teris magis ex consuetudine quàm dispositionis Dominicæ veritate, B. Hieronymum illo loco, ita accipiendum esse, vt loquatur tantũ de collocatione Episcoporum in aliqua sede & throno, non de eorum consecratione, nam Christus Dominus instituit Episcopos, & Apostolos omnes consecrauit Episcopos secundum signaculum tantum ordinationis, sed nullum constituit actu pastorem, nullum incardinauit in Ecclesia nisi Petrum, cui soli dixit Pasce oues meas; vel Iacobum iuxta supradicta, ex Chrysostom. nam ex sententia aliorum Apostoli ad instar Petri, Iacobum elegerunt in Ecclesia Hierosolymitana, & Paulus Titum & Timotheum. Quare si Episcopi considerentur secundum signaculum ordinationis, illi non ex consuetudine, nec ab hominibus, sed à Christo instituti sunt, & hac ratione sunt inter se æquales, vnde recte dicebat idem Hieronym. epist. ad Euagrium, *vbicumque fuerit Episcopus, siue Romæ, siue Eugubij, siue Constantinopoli, siue Regij, siue Alexandriæ, siue Tanis, eiusdem meriti, eiusdem Sacerdotij est.* Si vero Episcopi considerentur ratione throni & sedis suæ, certe non erunt æquales Episcopus Romæ & Eugubij, Constantinopolis & Regij, Alexandriæ & Tanis, & quia illæ incardinationes non sunt factæ à Christo, sed ab Apostolis, vel eorum successoribus Episcopis, vt antedictum est ex epistola Clementis, & ex S. Augustino in Psalm. 44. hac ratione potuit B. Hieronym. dicere, Episcopos præpositos esse Presbyteris, non ex dispositione Domini, sed ex consuetudine Ecclesiæ: olim enim moribus regebatur Ecclesia, & vt ait B. August. lib. 2. de Baptismo contra Donatistas, *nondum factum erat* (*Concilium*) *quia consuetudinis robore tenebatur*: Et in Synod. Nicæna Can. 6. ideo dicitur *mos antiquus seruetur*. Et iuris Canonici interpretes dicunt recte diuisionem Episcopatuũ censeri iure positiuo, non iure diuino, & mos ille referendus est ad interpretationem Patrum, quæ non minorem

minorem habet authoritatem quam ipsum ius scri- tum, vt ostendit S. Basilius lib. de Spiritu sancto. Ad Amphiloch. c. 27. τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἔχει πρὸς τὴν εὐσέβειαν. Et Ariani apud Athanasium Apologia 2. videntur ita hęc accepisse, cum dicebant eundem honorem in omnibus Episcopatibus esse, neque magnitudine ciuitatum honorem eius rei crescere, & tamen à minoribus ciuitatibus ad maiores cupiebant transferri, siue id facerent propter auaritiam siue propter ambitionem, vt eis ibidem obijcit Athanasius. CAPVT XX.

Quare non satis exacte mihi videtur loquutus B. Hieronym. cùm hanc Ecclesiæ consuetudinem opposuit Dominicæ dispositioni, electiones enim & incardinationes quæ factæ sūt ab Apostolis, & quæ nunc fiunt ab Ecclesia, intelliguntur fieri à Domino, nam cum Paulus & Barnabas ordinati sunt Act. 13. dictum est à diuino Spiritu *segregate mihi Barnabam & Saulum ad quod vocaui illos*, ex illo enim loco coniuncto cum cap. 8. vers. 18. epist. 2. ad Corinthios colligitur ordinationes quæ fiunt ab Ecclesiis fieri à Spiritu sancto, nam in dicto cap. 8. ordinatio Barnabæ dicitur *facta ab Ecclesiis*, & in dicto c. 13. *facta à Spiritu sancto*. Et illi *missi dicuntur ab Ecclesiis* d. c. 8. & *missi à Spiritu sancto*, in dicto cap. 13. Et idem dicendum est de aliis ordinationibus, nam vt ait B. Basilius l. de Spiritu sancto, cap. 16. αἱ δὲ τῆς ἐκκλησίας διακοσμήσεις διὰ τοῦ πνεύματος ἐνεργοῦνται. Et quæ constituuntur etiam in Conciliis dicuntur constitui à Spiritu Dei, Can. 5. 25 q. 2. & ὑπὸ τῶν σαλπίγγων τοῦ πνεύματος, id est, *à tubis Spiritus sancti*, in Can. 1. Synodi 7. generalis. Et Constantinus apud Socratem lib. 1. cap. 6. dicebat *Patres Concilij animis à Deo illustratos, & Spiritus sancti gratia imbutos nullomodo à veritate posse aberrare*. Et ideo Apostoli Actor. 15. audebant confidenter dicere in Synodo Hierosolymitana, *visum est Spiritui sancto & nobis*, nec dubitant coniugere suam sententiam cum sententia Spiritus sancti. Nec ego existimo B. Hieronymum voluisse

N

CAPVT XX

excludere Spiritum ſanctum à gubernatione Eccleſiæ, in conſtituendis Epiſcopis quod ſi aliud quid dicere voluit B. Hieronym. dicam quod dixit B. Chryſoſt. in epiſt. ad Galat. cap. 1. de aliis ſanctis, οὐ κατηγορῶ οὐδὲ διαβάλλω τοὺς ἁγίους ἐκείνους, ἴσασιν αὐτοὶ τί ἐπράξαν· καὶ γὰρ τῷ Θεῷ μέλλουσιν ἀποδιδόναι λόγον. i. *non accuſo neque ſuggillo ſanctos illos, ſciunt ipſi quid fecerint, Deo ſiquidem reddituri ſunt rationem.* Et quod ait Pachymer. lib. 6. *cum multa de Deo dicantur, quæ etiam vitij ſimilitudinem habeant, dicta quidem illa vt ſanctorum verba admittimus, ſignificationem verò repudiamus.*

Nec vero dicendum B. Auguſtinum in eadem cum Hieronymo fuiſſe ſententia epiſt. 9. ad B. Hieronym. in fine, cum ait, *quamquam ſecundum honorum vocabula quæ iam Eccleſiæ vſus obtinuit, Epiſcopatus Presbytero maior ſit, tamen in multis rebus Auguſtinus Hieronymo maior eſt*, nam quis non videt B. Auguſtinum loqui ironicè ex ſententia Hieronymi, & illius taxandi gratia, qui etſi ſerio loqueretur, ſecundum à nobis antedicta explicandus eſſet.

Quod denique B. Hieronym. addit Presbyteros & Epiſcopos debere in commune Eccleſiam regere, Reſpondetur, id etiam conſtitutum eſſe in canonibus Apoſtolorum, & B. Cyprian. epiſt. 6. dicebat *ſe nihil facere ſine Concilio Presbyterorum.* Et in Concilio Carthagin. 4. Canon. 23. conſtituitur, *vt nullius cauſam audiat Epiſcopus ſine præſentia Clericorum ſuorum*; Et multa ſunt hodie quæ fieri non poſſunt ab Epiſcopo ſine conſenſu capituli. Verum vt docet Panormitanus in cap. cum tanto, de conſuetudine, *neceſſe fuit expediendorum negotiorum cauſa Epiſcopos multa ſibi reſeruare, ratione ita ſuadente, Ius*, inquit, *induxit vt Epiſcopus tractet negotia cum Capitulo, vt in cap. nouit, & cap. quanto, de his quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capituli, & ideo lex fuit bona, & multiplex, quia Epiſcopus, & canonici faciunt vnum corpus: item quia firmius eſt Iudicium, quod plurium ſententia confirmatur, vt in cap. prudentiam de offic. dele-*

gati: tamen consuetudo potest induci contra istam legem, vt in cap. 3. de consuetudine lib. 6. quæ est etiam rationabilis alia ratione considerata, videlicet vt facilius expediantur negotia, vnde duo contraria possunt simul iuncta esse vera, consideratis diuersis finibus, vt nubere & non nubere 27. q. 1. nuptiarum.

Tertiũ argumentũ est Hilarij cuiusdam ep. ad Eph. ca. 4. *Ideo*, inquit, *non per omnia conuenerunt scripta Apostoli ordinationi quæ nunc est in Ecclesia, quia hæc inter ipsa primordia sunt scripta, nam ad Timotheum Presbyterum à se creatum* Episcopum *vocat, quia primum Presbyteri Episcopi appellabantur, vt recedẽte vno sequens ei succederet, sed quia cœperunt sequentes Presbyteri indigni inueniri, ad primatum tenendum, immutata est ratio, prospiciente Concilio, vt non ordo, sed meritum crearet Episcopum, multorum Sacerdotum iudicio constitutum, ne indignus temere vsurparet.* Et Respondetur, illum Ambrosium equiuocum, seu potius Hilarium illum, cum dixit mortuo Episcopo, antiquiorem Presbyterum ei olim successisse, sed cum aliqui indigni inuenirentur prospiciente Concilio, vt non ordo, sed meritum creatum Episcopum, electionem fuisse habitam, voluisse coniicere & diuinare, sed parum εὐστόχως, & nunquam id ab alio dictum vel auditum, atque nos ostendimus supra à primis temporibus electiones locum habuisse in Ecclesia, quas ille ordo tollit, & eius sententia pugnat cum exemplis scripturæ, & Patrum Ecclesiæ, quare explodendus est tam malus coniector, cum suis coniecturis. Et cum addit prospiciente Concilio, etiam nescit quid dicat, nam ante Concilium Nicænum de quo tantum potuit hæc dicere, fuerunt in vsu electiones, & præter exempla electionum à nobis allata, Euseb. refert lib. 11. mortuo Iacobo Apostolos & Discipulos Domini qui adhuc supererant elegisse in locum eius Simeonem filium Cleophæ.

CAPVT I.

LIBER SECVNDVS,

DE AVTOCEPHALIA Episcoporum.

CAPVT PIRMVM.



SECVNDA quæſtio eſt de Autocephalia Epiſcoporũ, ſeu de Epiſcopis qui nullum agnoſcebant ſuperiorem,& quidem Balſamo in Ca. 2. Synodi Cõſtantinopolitanæ primæ, ait omnes olim Metropolitanos ἀυτοκεφάλους fuiſſe, σημείωσαι οὖν inquit, ἀπὸ τοῦ παρόντος κανόνος ὅτι τὸ παλαιὸν πάντες οἱ ἐπαρχιῶν μητροπολῖται ἀυτοκέφαλοι ἦσαν, καὶ ὑπὸ τῶν οἰκείων συνόδων ἐχειροτονοῦντο. I. *Nota ergo ex hoc canone quod olim omnes Prouinciarum Metropolitani,* ἀυτοκέφαλοι *erant,& à propriis Synodis ordinabantur.* Et eodem Can. 2. ait Ponticæ & Aſianæ & Thraciæ Diœceſis Metropolitanos fuiſſe Autocephalos, donec à Concilio Chalcedonenſi definitum eſt Can. 29. vt ordinarentur à Conſtantinopolitano Patriarcha & ei ſubiicerẽtur. Item alias Eccleſias reperiri ἀυτοκεφάλους, vt Bulgariam, Cyprum & Iberiam. Et tale ius in Occidente præripere voluit Rauennas Archiepiſcopus, cui tandem renunciauit, temporibus Doni Romani Pontificis, Anaſtaſius in eius vita, *huius temporibus Eccleſia Rauennatum quæ ſe ab Eccleſia Romana ſegregauerat,*

causa autocephaliæ, denuo se pristinæ sedi Apostolicæ subiugauit. Et Luitprandus in Dono, *huius tempore Ecclesia Rauennæ, quæ prius acephalicum caput contra Romanam Ecclesiam erexerat, denuo fractâ ceruice superbiæ, Apostolicæ sedi humiliata subiacuit.* Sic hodie nostri aduersarij Ecclesias omnes Metropolitanorum olim fuisse autocephalas, & nullam alteri debuisse subiectionem aut obedientiam. CAPVT I.

Autocephalia maxime consistit in ordinatione, nam Balsamo in dicto canone 2 Synod. Constantinopol. docet autocephalos eos esse qui à superiore non ordinantur, & ita Metropolitanos Ponticæ, Asianæ, & Thraciæ Diœcesis, omisisse ius illud, cum cœperunt ordinari à Patriarcha Constantinopol. & ei subiici, χειροτονεῖσθαι, καὶ ὑποκεῖσθαι. Nam qui ordinant alios sunt primi, & veluti capita ordinatorum, atque ab eis debent honorari, vt ait idem Balsamo in Canone 33. Apostolorum, τάξις συνέχει πάντα, καὶ τὰ οὐράνια, ἀλλὰ καὶ ἐπίγεια, ὅθεν καὶ ὁ παρὼν κανὼν διορίζεται τιμᾶσθαι τοὺς χειροτονήσαντας, ὑπὸ τῶν χειροτονηθέντων. οὗτοι γάρ εἰσι πρῶτοι καὶ κεφαλαὶ αὐτῶν. I. *Ordo omnia continet, & cœlestia & terrestria, vnde & præsens canon decernit, eos qui ordinant debere honorari ab eis qui sunt ordinati, hi enim sunt primi, & capita ipsorum.* Et ordinatio subiectionem inducit, Leo I. epist. 4. ad Episcopos Siciliæ cap. 1. *in quam culpam nullomodo potuissetis incidere, si vnde consecrationem honoris accepistis, inde legem obseruantiæ sumeretis.* Sicut è diuerso, subiectio arguit ordinationem, & in moribus Ecclesiasticis illud Prouerbiorum cap 8. locum habet, vers. 21. *si nuntiauero vobis quæ quotidie fiunt, commemorabo quæ à sæculo sunt.* Et hac ratione libertatem suam asseruerunt Cyprij contra Antiochenũ Patriarcham, quod nũquam ordinati fuissent ab Antiocheno Episcopo, in Concilio Ephesino, cuius decretum extat actione 7. & inter canones Ephesinos repositum est, Can. 8. licet in eodem Concilio non referantur nisi

ſex canones, & ſeptimus ſit aliud decretum Concilij ad relationem Chariſij Presbyteri editum. Male verò Theodorus lector. lib. 2. & Nicephor. Calliſt. lib. 16. cap. 37. id referunt ad tempus, quo corpus Barnabæ Apoſtoli in Cypro ſub ſiliqua arbore inuentum eſt.

Nicephorus Calliſtus lib. 6. cap. 38. ita loquitur de Anaſtaſio Imperatore. Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ ἡγεμονίας καὶ τὸ λείψανον Βαρνάβα τοῦ ἀποστόλου εὑρέθη ἐν κύπρῳ ὑπὸ δένδρον ὃ κεράτιον λέγεται κείμενον· οὗ ἐπιστέρνιον, τὸ θεῖον καὶ ἱερὸν εὐαγγέλιον Ματθαίου τοῦ εὐαγγελιστοῦ ἐτύγχανεν ὃν χερσὶν οἰκείαις τῷ Βαρνάβᾳ γραφὲν ἐκ ταύτης τοίνυν προφάσεως, οἱ κύπριοι τὸ κατάρχας περιγεγόνασιν, αὐτοκέφαλοι εἶχειν, τὴν κατ' αὐτοὺς μητρόπολιν, καὶ μὴ τελεῖν ὑπὸ Ἀντιόχειαν, ᾗ καὶ ὑπέκειτο πρότερον. I. *ſub eiuſdem imperio corpus etiam Barnabæ Apoſtoli inuentum eſt in Cypro ſub arbore quæ ſiliqua dicitur, ſuper cuius pectore ſac. um & diuinum* Euangelium *Matthæi* Euangeliſtæ *repertum fuit, ipſius Barnabæ manibus ſcriptum, hac de cauſa primum* Cyprij *Metropolim liberi iuris ſui habere cœperunt, neque deinceps ſub Antiochia cui antea ſubiecti fuere, cenſi ſunt.* Idemq; plane dicit Theodorus. Additque Nicephorus Iuſtinianum id ius poſtea illis magis confirmaſſe propter coniugem ſuam Theodoram, cui Cyprus inſula patria fuit.

Hoc enim ius Cyprij longo ante tempore obtinuerant, nec vſque ad illa tempora fuerunt ſubiecti Antiocheno Epiſcopo, quare non tunc primum hoc priuilegium illis datum eſt, & potuit tantum eis confirmari. Sed in Concilio Epheſino ius illud obtinuerunt, cum probaſſent, à temporibus Apoſtolorum Antiochenos Epiſcopos, nullum vnquam in Cypro inſula ordinaſſe Epiſcopum, de quo tamen poterat dubitari, nam ſanctus Chryſoſtomus colligere conatur ex actis cap. 13. Barnabam & Paulum tantum, *diuinum, in ea inſula* Euangelium *prædicaſſe*, Et cap. 14. nullas in ea ordinationes feciſſe eaſque reſeruaſſe Antiochenis, καὶ διὰ τί φησὶν ἐν Κύπρῳ οὐκ ἐποίησαν πρεσβυτέρους, οὐδὲ ἐν Ἀντιοχείᾳ, ὅτι ἐκείνη μὲν ἐγγὺς ἦν τῶν ἀποστόλων, αὕτη δὲ τῆς

Ἀντιοχείας, καὶ ὁ λόγος ἐκράτει. id est, *Et quare*, inquit, *in Cypro non fecerunt Presbyteros, neque in Antiochia? quia illa vicina erat Apostolorum, ista autem Antiochiæ & verbum inualescebat.* Sed dici potest Barnabam, qui mortuus est in ea insula, potuisse postea ordinationes facere in illa. CAPVT I.

Illud autem ius autocephalias, non est vt aduersarij existimant tale ius, vt per illud autocephali sint omnino liberi, & nullum agnoscant superiorem, & ratio est, quia ius illud ex permissione descendit, nam legis vna virtus est permittere l.7. D. de legibus, *legis virtus hæc est imperare, vetare, permittere, punire.* At permittere non est ius aliquod constituere, sed à iure dispensare, & permissio non tam ius est, quam iuris dispensatio, S. Chrysostom. in epist. ad Galatas cap.2. ὅτι πρῶτον μὲν οὐκ ἔστι ταὐτὸν κελεύειν γίνεσθαι καὶ γινόμενον συγχωρεῖν· ὁ μὲν γὰρ προστάττων, μετὰ σπουδῆς, ὡς ἀναγκαῖον καὶ προηγούμενον ποιεῖ· ὁ δὲ αὐτὸς μὲν μὴ κελεύων, τὸν δὲ βουλόμενον μὴ κωλύων, οὐχ ὡς δέον γενέσθαι συγχωρεῖ, ἀλλ' οἰκονομίαν τινὰ πληρῶν, id est, *primum quia non est idem iubere, vt fiat, & quod fit concedere & indulgere, nam qui præcipit, is studiose tanquam rem necessariam, & principalem facit, qui vero ipse non præcipit, nec tamen volentem prohibet, is non concedit, vt rem factu necessariam, sed dispẽsationem quandam implet.* Et Tertullianus libro de Monogamia cap.3. *possum contendere non mere bonum esse quod permittitur, quod enim mere bonum est, non permittitur, sed vltro licet, permissio habet causam aliquando & necessitatis.* Et Theodoretus quæst. in Genes. interrogat. 37. per οἰκονομούμενα intelligit *ea quæ permittuntur*, & opponit iis *quæ præcipiuntur*, οἰκονομούμενά, inquit, τε καὶ προσταττόμενα, dispensationes tamen interdum vtilitas, aut necessitas deposcit, & vt ait Cyrillus epist. ad Proclum *dispensatio in his optima res est*, ἡ δὲ ἐν τούτοις οἰκονομία ἄριστόν τι χρῆμα καὶ σοφόν. Et maxime in pœnis & pœnitentiis infligendis de quibus agebatur in ea epistola, & ideo Gregor. Nyss. epist. ad Letoium

CAPVT I.

appellat pœnitentiam, τὴν ἔννομον τε καὶ κανονικὴν ἐπὶ τῶν πεπλημμεληκότων οἰκονομίαν, idest, *legitimam & canonicam in his qui peccarunt œconomiam seu dispensationem*; nam œconomia est, & definitur à Niceta, *tractatio atque administratio rerum vtilitatis scopum sibi proponens*, & vt dicebat Pachymeres, lib. 3. *occasio anima actionum est*; Atque in scripturis plurima reperiuntur dicta & facta per œconomiam, vt obseruat Chrysost. & alij, ipsaque lex Mosaïca videtur magis data ex dispensatione, quam ex mero Dei proposito. Euthymius in Psalmũ 67. *Mosaica lex*, inquit, *non data erat ex mera Dei voluntate, sed potius ex dispensatione, neque enim optabat, aut volebat Deus sacrificia, aut alias eiusmodi varias obseruationes quæ habentur in lege.* Dei enim prouidenta tribus modis administratur κατ' οἰκονομίαν, κατ' εὐδοκίαν, κατὰ συγχώρησιν, i. *dispensatione, bona voluntate, & indulgentia*, vt ait Suidas in οἰκονομία.

Et ideo S. Ambrosius, dicebat indulgentiam & concessionem factã, iuri non præiudicare, *sed dicis*, inquit, *alicui relaxatum, verum hoc legi non præiudicat, quod enim in commune statuitur, ei tantum proficit cui relaxatum videtur.* Et per consequens qui permisit potest non permittere, potest reuocare. Huius vero rei exempla duo nobis præbet Apostolus in quibus permisit quibusdã, vt regerent Ecclesias quas fundauerãt, & quas etiam ipse fundauerat, nam primum epist. ad Romanos cap. 15. ita loquitur, *sic autem prædicaui Euangelium hoc non vbi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem, sed sicut scriptum est quibus non est annuntiatum de eo*; At vero vt recte monet S. Chrysostomus non alienum fuisset ab Apostolo illud fundamentum, si id voluisset facere, secundum personæ suæ qualitatem, Apostolatus enim nihil habebat alienum, sed voluit abstinere, voluit permittere, vt suis legibus vterentur, ne qui primi fundauerant illas Ecclesias sua mercede frustrarentur, ἀλλότριον δὲ τὸ τῶν ἀποστόλων φησὶν ἢ κατὰ

τὴν

τὴν τοῦ προσώπου ποιότητα, οὐδὲ κατὰ τὴν τοῦ κηρύγματος φύσιν, ἀλλὰ κατὰ τὸν τοῦ μισθοῦ λόγον, ἐπεὶ τὰ κηρύγματα οὐκ ἀλλότρια ἦν, ἀλλ' ὅσον εἰς μισθόν, ἀλλότρια· ὁ γὰρ τῶν ἑτέρεις πεπονημένων μισθὸς τούτῳ ἀλλότριος ἦν, id est, *Alienum autem (fundamentum) Apostolorum dicit, non secundum personæ qualitatem, neque iuxta prædicationis naturam, sed secundum mercedis rationem: porro predicationes non erant alienæ, nisi quantum ad mercedem attinet, merces enim eorum qui laborauerunt, aliena erat à Paulo.* Per mercedem autem Chrysostomus intelligit eam quæ est in eo quod qui altari, seruit de altari viuere debet. Deinde idem Paulus epist. 1. ad Corinth. ca. 3. permisit vt Ecclesiæ quas ipsemet fundauerat, ab aliis tanquam iure suo regerentur, κατὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ τὴν δοθεῖσάν μοι ὡς σοφὸς ἀρχιτέκτων θεμέλιον τέθεικα, ἄλλος δὲ ἐποικοδομεῖ. 1. *Secundum gratiam Dei, quæ data est mihi, vt sapiens Architectus fundamentum posui, alius autem superædificat, vnusquisque autem videat quomodo superædificet.* In iis enim duobus locis, B. Paulus veram imaginem αὐτοκεφαλίας nobis repræsentat, permittendo, vt tam ij qui fundauerant Ecclesias, qàum ij qui in fundatis à se superædificaueruat, pleno iure administrarent, nam cùm illi rite & ordine omnia facerent, & lex non sit posita iusto, vt ait Paul. epist. ad Timoth. cap. 1. nulla exercebatur ab Apostolis, aut eorum successoribus in iis Ecclesiis iurisdictio, & tandiu illi potiti sunt illa indulgentia, & priuilegio, vt venturis temporibus censerentur autocephali, nam etiam non vtendo leges aliquando perimuntur, vt ait Iustinian. Nouella 89. cap. vltimo. Et diximus supra Ioannem reuersum ab exilio, ad Ephesinos, cum consensu Episcoporum illius regionis, ibi prædicasse Euangelium, licet hanc regionem ab initio sortitus esset. Sed quando cœperunt illi ab officio & bene viuendi forma recedere, tunc cœpit potestas superioris, quæ videbatur extincta, eratque tantum obumbrata, apparere, & permissio cessare, & hoc est quod dicit B. Gregor. lib. 7.

CAPVT I.

regist. epist. 65. *Nam quod se dicit sedi Apostolicæ subijci, si qua culpa in Episcopis inuenitur, nescio quis ei Episcopus subiectus non sit, cum vero culpa non exigit, omnes secundum rationem humilitatis æquales sunt.* Et diximus supra Ponticæ, Asianæ & Thracicæ Diœcesi sublatam fuisse autocephaliam à Synodo Constantinopolitana 1.

Et Balsamo in Can. 18. Synodi Trullanæ idem agnoscit, quærit enim, si Archiepiscopus ἀυτοκέφαλος peccauerit, à quo punietur, & excommunicabitur? & respondet quod punietur à superiore & maiore Episcopo, εἰ δὲ αὐτοκέφαλος ἀρχιεπίσκοπος, ἢ πατριάρχης χωρὶς τοῦ Κωνσταντινουπόλεως, ὑπὸ τοῦ χρόνος ἁλίσκεται, παρά τινος ἀφορισθήσεται, οἴομαι ὅτι παρὰ τοῦ μείζονος ἀρχιερέως. Sicut iure ciuili licet P. P. vice sacra iudicent, & ab eis prouocare non liceat l. 19. Cod. de Appellat. & 7. Cod. de Episcopali Audientia; & l. vnica de Sent. P. P. tamen ab eorum sententia licuit supplicare d. l. vnica & l. 5. Cod. de precibus Imperat. offerendis, quæ supplicatio fuit loco Appellationis & iure nostro priuilegium debet amittere qui concessa sibi abutitur libertate. Et ipsemet Paulus epist. 2. ad Corinth. cap. 10. cum aliqui se iactarent in alienis terminis, id est quod Euangelium annuntiassent in multis locis in quibus non annunciauerant, hos reprehendit, aitque se non ita facere nec terminos alienos inuadere, aut extendere notionem suam in ea loca in quæ non peruenerat, sed seruasse canonem seu mẽsuram & funiculum possessionis quam ei Deus attribuit, donec vltra aliis populis possit annuntiare Euangelium: ex quo loco apparet Ecclesias à Paulo institutas ad ius illius pertinuisse, nec vllum alium siue eius consensu, habuisse in eis aliquam potestatem.

Et ideo cum iidem Cyprij in hæresim lapsi essent Arrianorũ, licet non essent subiecti Antiocheno Patriarchæ, sed liberi ex Concilio Ephesino, nec Antiochenus ordinationem vllam in eorum insula faceret, propter hæresim illam, permissum est ab Inno-

centio I. vt in ea Episcopos ordinaret, ne per ordinationes Cypriorum omnes Cypri Episcopi tandem essent Arriani, idque iuxta canones Nicænos dantes hanc potestatem Patriarchis, epist. ad Alexandrum Episcopum Antiochenum. Ille enim ait cap. 1 *reuoluentes itaque authoritatem Nicænæ Synodi, quæ vna omnium per orbem terrarum explicat mentem Sacerdotum, quæ censuit de Antiochena Ecclesia cunctis fidelibus, ne dixerim Sacerdotibus esse necessarium custodire, quia super Diœcesim suam prædictam Ecclesiam, non super aliquam Prouinciam recognoscimus constitutam.* Et cap. 2. *Cyprios sane asseris olim Arrianæ impietatis potentia fatigatos, non retulisse Nicænos canones in ordinandis sibi Episcopis, & vsque adhuc habere præsumptum, vt suo arbitratu ordinent, neminem consulentes: quocirca persuademus eis, vt curent iuxta canonem fidem Catholicam sapere, atque vnum cum cæteris sentire prouinciis, vt appareat sancti spiritus gratia ipsos quoque, vt omnes Ecclesias gubernari.* Et non sine ratione Antiocheni Patriarchæ Cyprum suæ sedi semper subijcere voluerunt quia, vt diximus supra, Antiochena Ecclesia primum in Cypro fecit ordinationes, non Barnabas vel Paulus: verum quia Antiocheni multũ destiterant ab ordinationibus illis, idcirco in Concilio Ephesino, ius illud non potuerunt obtinere, eo quod multis retro annis Antiocheni Episcopi nullas ibi fecissent ordinationes, & constitutum est, vt antiqua seruaretur consuetudo. Et recte Trullani patres in Can. 38. vocauerunt hoc Synodi Ephesinæ decretum *Priuilegium Cypriorum Episcoporum*, nam licet in dicta Synodo Ephesina Can. 8. addatur, vt Metropolitani omnes eodem iure vtantur, inde non est inferendum, non esse priuilegium Cypriorum, sed dicendum hoc esse non tantum priuilegium Metropolitanorum Cypri, sed etiam omnium Metropolitanorum, qui nunquam fuerunt ab alio ordinati, ita vt sit priuilegium non personæ alicuius, sed omnium qui per alios ordinati non sunt; nam etiam iure ciuili, sunt

Caput I.

priuilegia creditorum, militum, veteranorum, Decurionum, Philosophorum & illustrium, & sæpe speciale beneficium fit commune plurium, vt cum ex Constitutione B. Pij inter liberos & parentes absque mancipatione & traditione, nuda tantum voluntate constitit donatio l. 4 &. 7. Cod. Theodos. de donationibus, quod iuris priuilegium appellatur l. 5. eod tit. inter extraneas postea personas locum habuit d. l. 7.

Deinde sicut à Synodo Constantinopolitana 1. sublatum est ius autocephalias tribus prædictis Ecclesiis, ita Ecclesiæ aliquæ factæ sunt Acephalæ mere Synodali ordinatione, vt de Ecclesia Isauriæ subdita Ecclesiæ Antiochenæ refert Balsamo in Canone 2. Synodi Constantinopolitanæ primæ, τὸν δὲ Ἰβηρείας ἐτίμησε διάγνωσις τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου, λέγεται γὰρ ὅτι ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας Κυροῦ Πέτρου, γέγονεν οἰκονομία συνοδικὴ ἐλευθέραν εἶναι καὶ αὐτοκέφαλον τὴν ἐκκλησίαν τῆς Ἰβηρίας, ὑποκειμένην τότε τῷ Πατριάρχῃ Ἀντιοχείας, id est, *Iberiæ autem Episcopum, honorauit Antiochenæ Synodi disceptatio, dicitur enim quod tempore sanctissimi Patriarchæ Theopolis magnæ Antiochiæ, Domini Petri, Synodica facta est dispensatio, vt libera esset & autocephala Ecclesia Iberiæ tunc subiecta Patriarchæ Antiocheno.*

Porro eadem indulgentia maxime vsi sunt Romani Pōtifices, illi enim multas Ecclesias instituerunt, & ius tamen ordinationis in eis non retinuerunt. Nam vt ait Innocet. I. epist. I. ad Decentium Eugubinum, Petrus instituit omnes Ecclesias Occidentis, *quis ait nesciat, aut non aduertat id quod à principe Apostolorum, Petro Romanæ Ecclesiæ traditum est, ac nunc vsque custoditur, debere seruari, nec superinduci aut introduci aliquid, quod authoritatem non habeat, aut accipere aliunde videatur exemplum cum sit manifestum, in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Affricam, atque Siciliam insulasque interiacentes, nullum instituisse Ecclesias, nisi eos quos venerabilis Apostolus Petrus, aut eius successores constituerunt Sacerdotes:*

aut legant si in ijs Prouincijs alius Apostolorum inuenitur, aut legitur docuisse, quod si non legunt, quia nusquam inueniunt, oportet eos hoc sequi quod Eclesia Romana custodit, à qua eos principium accepisse non dubium est, ne dum peregrinis assertionibus student, caput institutionum videantur omittere. Et Nicolaus 2. Can. 1. distinct. 22. *Omnes siue Patriarchij cuiuslibet apicis, siue Metropoleon primatus, aut Episcopatuum Cathedras, vel Ecclesiarum cuiuslibet ordinis dignitates instituit Romana Ecclesia.* Et Hugo Etherianus aduersus Græcos in Bibliotheca Patrum. Petrus enim Antiochenam sedem instituit per se, & Alexandrinam per Marcum, vt testatur Innocent. 1. epist. 18. ad Alexandrum Antiochenum, & reffertur Can. 16. 24. q. 1. Et Chrysost. homil. in B. Ignatium, & Leo 1. epist. ad Anatolium, & ad Dioscorum, & Gelas. epist. 13. ad Episcopos Dardaniæ, & Gregor. 1. lib. 6. epist. 37. & lib. 11. epist. 48. & Nicolaus 1. ad Consulta Bulgarorum cap. 92. & Hincmarus opuscul. 55. cap. 16. Vnde Symmachus Pap. epist. 1. ad Eonium Arelatensem, ait *vnum esse illarum trium Sacerdotium.* Et tamen Romanus Pontifex semper abstinuit ab ordinatione eorum Patriarcharum, imo cum Constantinopolitani Patriarchæ arrogassent sibi eorũ ordinationem, restitit, vt Leo Magn⁹ Anatolio, quod Antiochenum Patriarchã præsumpsisset ordinare contra Nicænorũ canonum leges epist. 56. & 57. & cum Acacius etiam Constantinopol. iussu Zenonis Imperatoris, ad sedandas contentiones quæ Antiochiæ exortæ erant, Antiochenum ordinasset, Simplicius factum quidem excusauit, sed statuit non esse trahẽdum ad consequentias Simplic. epist. 13. ad Zenon. & 15 ad Acacium, sedes enim Apostolica dicitur executrix Conciliorum à Felice 3. epist. 7. ad Vetranionem, & profitetur se seruare priuilegia aliarum Ecclesiarum tota causa 25. qu. 2. Et Leo 1. epist. 68. confirmauit priuilegia sedis Alexandrinæ. Item licet in Patriarcharu suo Roma-

CAPVT I.

CAPVT I.

nus Pontifex multas Metropoles instituisset, in eis tamen noluit vti hoc iure, vt ordinationes sibi reseruaret & retineret, nisi in paucissimis, atque in eis Vicarios tantum constituit, ad quos Metropolitani ordinationibus & electionibus referrent Leo 1. epist. ad Anastas. Thessalonicensem cap. 6. *De persona autem consecrandi Episcopi, & de Cleri plebisque consensu Metropolitanus Episcopus ad fraternitatem tuam referat, quodque in Prouincia bene placuit, scire te faciat, vt ordinationem rite celebrandam tua quoque firmet authoritas, quæ rectis dispositionibus, nihil moræ aut difficultatis debet adferre, ne gregibus Domini diu desit cura pastorum, Metropolitano vero defuncto ex Presbyteris eiusdem Ecclesiæ vel Diaconis, optimus eligatur, de cuius nomine ad tuam notitiam Prouinciales referant.*

Et vt illi Vicarij Romani Pontificis, non vsurparent ordinationes, cum Romanus Pontifex illis vices suas cōmendabat, solebat apponere hanc clausulam litteris, *saluis priuilegiis Metropolitanorum.* Gregor. l 4. epist. 50. Virgilio Arelatensi, *singulis ait si quidem Metropolitis, secundum priscam consuetudinem proprio honore seruato.* Et Hormisda epist. 1. Remigio, *Vices itaque nostras, saluis priuilegiis quæ Metropolitanis decreuit antiquitas præsenti authoritate committimus.* Et epist. 24. ad Ioannem Tarracon. *Et seruatis priuilegiis Metropolitanorum, vices vobis Apostolicæ sedis eatenus committimus.* Et Can. 5. 6. 8. & 9. 25. qu. 2. similia aliorum Pontificum exempla referuntur. Et cum aliqui Metropolitani, eo quod gererent vices Papæ, etiam prætendissent electiones, id reprobatum est à summis Pontificibus, tanquam factum contra canones, & regulas Patrum, quæ Metropolitanis ordinationem relinquunt. Et ita Hilarius Narbonensis reprehensus est à Bonifacio epist. 3. & à Leone 1. epist. ad Episcopos Prouinciæ Viennens. cap. 3. Et Anastasius quoque ab eodem Leone, epist. ad Anastasium.

Immo ipsi summi Pontifices, requisiti, noluerunt ordinare aliquos in preiudicium eorum ad quos pertinebat ordinatio, vt Gregor. 7. l 9. epist. 24. noluit ordinare electum Melitensem Episcopum, quod eius ordinatio diceretur pertinere ad Regitanum Episcopum. Et Vrbanus etiam 2. epist. quæ est 1. & 2. inter epistolas Iuonis, declarat se Iuonem consecrasse, *recusante Senonensi Metropolitano*, atque tandem mos ille referendi ordinationes desiit esse in vsu, vt testis est Iuo Carnot. epist. 59. vigebat tamen adhuc temporibus Gregor. 7. vt apparet ex eius epistolis lib. 9. epist. 24. CAPVT I.

Ex quibus omnibus manifestum fit, ius αὐτοκεφαλίας, non esse tale ius, quale existimauit aduersarius.

Nec est silentio prætermittenda quæstio quæ hodie mouetur de Exarchis.

CAPVT II.

IN Can. 9 Synodi Chalcedonensis agitur de Exarchis, & dicitur, *vt si cui Clerico lis fuerit cum proprio vel cum alio Episcopo, à Prouinciæ Synodo iudicetur, si autem cum ipsius Prouinciæ Metropolitano, Episcopus aut Clericus litem habuerit, aut Diœceseos Exarchum, adeat, aut sedem Regiæ vrbis, id est, Patriarcham*: Triplex autem dubitatio in his verbis proponi potest, prima est quid nomine Exarchi intelligatur: secunda, quæ sit sententia huius canonis, & tertia quinam de facto fuerint illi Exarchi de quibus agitur in canone nono, ita enim clarius ac melius, quam quorundam perplexabilibus & longis sermonibus res tota intelligetur.

Ad primam difficultatem, quæ est quid per Exarchum intelligatur in nostro canone, Zonaras respondet per Exarchum intelligi Metropolitanum, Balsamo quoque, sed distinguit inter Metropolitanum Prouinciæ, & Metropolitanum Diœcesis, & ait *per*

CAPVT II. *Exarchum intelligi Metropolitanum Diœceseos*, qui præerat Metropolitanis Prouinciæ, & vera videtur eius sententia, quam sequitur vir religiosissimus, & de litteris optime meritus, quæ tamen est ita explicanda, vt quemadmodum apud nos Primates non sunt Patriarchæ, sed tantum Metropolitani, qui tamen primas tenent inter Metropolitanos, ita apud Græcos Exarchi non fuerint proprie Patriarchæ, sed Primates inter Metropolitanos, nam Exarchi nomen significat proprie primarium ac principem, glossæ Græco-Lat. ἔξαρχοι *Proceres Principes*, & Latino-Græcæ *Princeps* ἔξαρχος, Papias vocabulista *Exarchos Princeps Græce.* Vnde apud Theophilactum Lucæ c.22. Christus vocat Petrum Discipulorum ἔξαρχον, & ita accipitur quoque hoc nomen in Synodo Carhaginensi Can.42. vbi constituitur, *ne primæ Cathedræ Episcopus dicatur Sacerdotum Exarchus, vel summus Sacerdos.* Vnde fit vt ipsi quoque Patriarchæ dicantur Exarchi, vt Patriarcha Antiochenus in Synodo Chalcedonensi actione 14. & denique omnes qui quoquomodo præerant aliis, dicebantur Exarchi, vt omnes Metropolitani in Synodo Sardicensi Can.6. & apud Euagrium lib.4. Histor. cap. 11.

Ad secundam difficultatem, qua quæritur quæ sit sententia huiusce canonis 9. breuiter respondemus, in eo Patres Synodi voluisse ordinare Iudicia Ecclesiastica ab infimo iudice vsque ad summum, & cum vidissent summum Iudicem à quo non fit appellatio, esse in duplici differentia, vnum Patriarcham alium Exarchum, statuerunt post Metropolitanum adeundum esse, vel Exarchum, vel Patriarcham, Exarchum quidem apud eos qui exempti erant à Patriarchæ iurisdictione, & quorum summus iudex post Metropolitanum erat non Patriarcha, sed Exarchus, Patriarcham vero adeundum post Metropolitam, apud eos quorum post Metropolitam, supremus Iudex erat Patriarcha,

Patriarcha, non Exarchus, imo apud quos nullus erat Exarchus; nec enim voluerunt Patres adiri Metropolitanum, deinde Exarchum, & demum Patriarcham, sed adiri vel Exarchum in locis exemptis à Patriarcha, & in quibus Exarchus erat summus Sacerdos, vel etiam adiri Patriarcham in alijs locis non habentibus Exarchum, & subditis tantum Patriarchæ, & hæc est vera canonis sententia.

Ad tertiam difficultatem, quinam de facto fuerint illi Exarchi à Patriarchæ iurisdictione exempti, de quibus agitur in dicto Can. 9. dicendum est Exarchos illos esse potissimum tres, nempe Episcopum Cęsareæ Metropolis, qui fuit Exarchus Ponticæ Diœcesis, & Episcopum Ephesinum, qui fuit Exarchus Asianæ, & Episcopum Heracleensem qui fuit Exarchus Thracicæ, illi enim tres Episcopi tempore Synodi Chalcedonensis eodem iure censebantur quo Patriarchæ, vt constat ex Synodo 2. generali Constantinopolitana prima, Can. 2. in quo dicitur, *Vt Alexandriæ quidem Episcopus Ægyptum solùm regat, Orientis Episcopi Orientem, seruatis priuilegijs quæ sunt in Nicæna Synodo, & Asianæ Diœcesis Episcopi, quæ sunt in sola Asiana, & Thracicæ Episcopi Thracicam tantum regant, & Ponticam.* Et ideo Episcopus seu Exarchus Ponticæ Diœceseos dicitur Patriarcha, & eius Diœcesis Patriarchatus apud Socratem lib. 5. cap. 8. *Nectario ait ampla illa ciuitas Constantinopolis, & tota Thracia sorte obuenit, Pontica autem Patriarchatus Helladio Cæsareæ post Basiliū Episcopo, &c.* Nam sicut Patriarchalis magnitudinis potestas omnem superat potentiam, vt ait Balsamo in Synodo Carthagin. Can. 33. præsuntque Patriarchæ suis Prouinciis summo iure, ita & præsunt eodem iure Exarchi suæ Diœcesi dicto Can. secundo Synodi Constant. primæ, duo etenim sunt Patriarcharum priuilegia pręcipua, nimirum vt sint summi iudices, & summi ordinatores, hoc est vt sibi subiectos iudicent & ordinent, nec ab alio superiore iudicentur vel ordinen.

Caput II.

tur, l. decernimus Cod. de ſacroſanctis Eccleſiis. Et nec ſententiæ eorum appellationi ſubijciuntur, vt ait Photius in Nomocanone tit. 9. cap. 6. Et Balſamo in Synodo Antiochena Can. 12. Eademque ratione Exarchi nec in iudiciis, nec in ordinationibus ſuperiorem vllum agnoſcebant, & de iudiciis quidem patet ex noſtro Canone 9. vt iam diximus, vbi dicitur eos eſſe ſummos iudices, ſicut & Patriarchas; De ordinationibus etiam id colligitur ex Can. 28. eiuſdem Concilij Chalcedonenſis, in quo tunc primum ſtatutum eſt, vt tres illi Exarchi ordinarentur à Patriarcha Conſtantinopolitano, cum antea ab eo non ordinarentur, relicto tamen ipſis omni alio iure, quod habebant in ordinandis, aut iudicandis Epiſcopis ſibi ſubiectis dicto Can. 28. & ex Balſamone ibidem, & in Can. 2. Synodi Conſtantinop. vbi Balſamo hæc habet, *nota ex hoc canone, quod olim omnes Prouinciarum Metropolitani, erant ipſi per ſe ſuarum Prouinciarum Capita & à propriis Synodis ordinabantur.* Id autem vt diximus immutatum eſt à 28. Can. Chalcedonenſis Synodi quo definitur Pōticæ & Aſianæ, & Thracicæ Diœceſis Metropolitanos tantum non eorum ſubiectos, & aliquos etiam alios qui eo canone continentur à Conſtantinopolitano Patriarcha in poſterum debere ordinari, & ei ſubiici. Exarchi ergo illi tres olim nec ratione iudiciorum ſuorum, nec ratione ordinationis ſuæ, agnoſcebāt vllum Patriarcham ſuperiorem, licet poſtea derogatum ſit huic iuri, ſaltem in ordinationibus Exarchorum quatenus Exarchi tantum non eorum Suffraganei, ratione ordinationis ſuæ, non ratione iuriſdictionis Patriarchæ ſubiecti poſtea ſint, vt conſtat ex dicto Can. 28.

Ratio vero cur potius in ordinationibus ſuis quam in iudiciis autocephaliam amiſerunt, hæc mihi videtur veriſſima, quia ſcilicet Exarchi illi, non ita libere fruebantur eo priuilegio in ordinationibus, vt in iudicijs, nec erat indubitati iuris, vt non ordinarentur

à Patriarcha, nam constat ex Socrate lib. 6. cap. vlti-
mo, ante Concilium Chalcedonense B. Chrysosto-
mum Ephesi ordinasse Heraclidem Episcopum, & lib. 7. c. 47. Proclum quoque Patriarcham Constantinopolitanum ordinasse Thalassium Cæsareæ Cappadociæ Episcopum, at talia exempla iurisdictionis Patriarchalis in Exarchos non reperiuntur, & in Cõcilio Chalcedonensi actione 11. in fine, dicitur à Philippo Presbytero Constantinopolitanæ Ecclesiæ. Et ab Aetio Archidiacono, *multos in Asia ab Archiepiscopo Constantinopolitano, aut cum eius voluntate ordinatos fuisse.* Vnde factum est vt eorum iudicia intacta relicta sint.

Et quibus omnibus colligitur 1. male omnino quosdam existimasse per Exarchos in nostro Can. 9. intelligi Patriarchas, hac ratione ductos quod nullus alius sit ordo in iurisdictione Ecclesiastica supra Metropolitanos, nam ostendimus supra Primates posse excogitari medios inter Patriarchas & Metropolitanos, quomodo Chorepiscopi sunt excogitati medij inter Episcopos & Presbyteros Can. 8. Synod. Nicenæ primæ; vbi dicitur fingendos esse Chorepiscopos, vbi nulli sunt constituti quod factum est moribus & interpretatione.

Colligitur 2. male quoque censuisse per Exarchos intelligi Vicarios Patriarcharum, nam licet Exarchi nomen aliquando sumatur pro Vicario & Legato alterius, tamẽ non hic ita accipiendũ est, nam vt ostendimus supra, & adhuc confirmatur ex Balsamone in Can. 8. Synod. 3. vniuersalis καθ' ἑαυτοὺς διῆγον καὶ ἐχειροτονοῦντο, id est, *persedegebant, & ordinabantur*, atque ideo inexcusabiliter falsum est quod addũt tres illos Exarchos de quibus agitur in d. Can. 9. tunc cœpisse dici Exarchos quando subiecti sunt Patriarchæ Constantinopolitano, quod tunc proprie vices eius gerere potuerint; nam primo non sunt ei subiecti ratione iurisdictionis, secundum quam possent eius


CAPVT II.

vices maxime gerere, sed ratione ordinationis secundum quam non poterant vices eius gerere, denique hoc totum commentitium est, maneat ergo Exarchos nunquam vices gessisse Patriarchæ, hac ratione qua Vicarij & Legati vices gerunt, sed dici posse vices eorum gessisse hoc sensu quod parem iure suo haberent potestatem, & eandem quam habent Patriarchæ, eo modo quo Cicero dixit lib. primo de legibus, *heredem vicem gerere defuncti*, non quod sit eius Vicarius aut ab eo delegatus, sed quod iure suo personam eius gerat & pari iure vtatur, & lib. 2. de legibus dixit *Vice Poëtæ fingere nomina*, quomodo etiam in Synodo Constantinopolitana octaua Actione prima habetur definitio, in qua Thomas Metropolita Tyri, vocat se Primatem & Exarchum, quia vt ibidem dicitur, *sede Antiochena vacante, vt tunc vacabat, Tyri Episcopus Patriarchæ Antiocheni vices gerebat*, non tanquam Vicarius, sed iure suo. Et hæc sunt quæ dicenda erant ad hunc canonem, nec erant omittenda, & inutiliter excurrendum ad alia superuacanea, & tortuosa.

Quod vero dictum est supra de Metropolitano Cypri, & de Exarchis, & alijs quibusdam Episcopis, qui erant αὐτοκέφαλοι, id moribus & interpretatione Patrum inductum est, & ad partem illam iuris referendum est, nam leges latæ desiderant interpretationem & disputationem, vt ait Pompon. l. 2. §. 3. de origine iuris, his legibus latis cœpit, vt naturaliter euenire solet, vt interpretatio desideraret prudentiũ authoritate necessariam esse disputationem fori, hæc disputatio & hoc ius quod sine scripto venit compositum à prudentibus propria aliqua parte non appellatur, vt cæteræ partes iuris suis nominibus designantur, datis proprijs nominibus cæteris partibus, sed communi nomine jus ciuile appellatur; & ideo Sextus Ælius librum edidit qui dicebatur tripertita, quoniam lege 12. tabul. præposita, iungitur interpretatio, deinde

ſubtexitur legis actio dicta l. 2. § de orig. iuris §. 38. CAPVT II.
Et quæ veniunt ex illa directa interpretatione prudentum, non minus dicuntur legitima quam quæ ex legibus ipſis Inſtit. de legitima Patronorum tutela, vt diximus ſupra, quia intelliguntur fieri ex mente & ſenſu legis. Et ita in hac ſpecie Patrum interpretatio locum habuit, vt qui ab alio ordinati fuerant, qui deſtitiſſent ordinare ſucceſſores eorum, reſpectu eius, qui primum eos ordinauerat, cenſerentur Acephali, hoc iure moribus introducto, vt videre eſt in Concilio Epheſino, loco citato.






LIBER TERTIVS,

DE DIOECESIBVS Patriarcharum.

CAPVT PIRMVM.



ERTIA quæstio est de Patriarcharum Diœcesibus distinctis in Can. 6. Synodi Nicænæ, nam author confusionis enixe contendit non agi in eo de Patriarchis nec de eorum Diœcesibus, sed tantum de Metropolitanis, & eorum prouincijs: primo quia in Synodo Nicæna agebatur de Meletio qui iura Metropolitani exercebat aduersus Alexandrinum Episcopum, deinde quia nondum erant Diæceses, & nondum Constantinus imperium in eas diuiserat, aut Vicarios constituerat, nondumque etiam nomen Patriarcharum auditum fuerat, sed tantum nomen Metropolitanorum, quæ omnia spuriam doctrinam continent.

Et primum probamus in dicto Can. 6. agi de Diœcesibus patriarcharum, & deinde de prouincijs Metropolitanorum, idque probatur ex Synodo Constantinopolitano 1. Can. 2. Ipsi enim patres ita intelligunt & explicant dictum Canonem 1. de Diœcesibus patriarcharum. Τοὺς ὑπὲρ διοίκησιν ἐπισκόπους ταῖς ὑπερορίοις ἐκκλησίαις μὴ ἐπιέναι, μηδὲ συγχέειν τὰς ἐκκλησίας, ἀλλὰ κατὰ τοὺς κανόνας τὸν μὲν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ

μόνον οἰκονομεῖν, τοὺς δὲ τῆς ἀνατολῆς ἐπισκόπους τὴν ἀνατολὴν μόνην διοικεῖν, φυλαττομένων τῶν ἐν τοῖς κανόσι τοῖς κατὰ Νικαίαν πρεσβείων τῇ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ. i. *Epiſcopi ad Eccleſias quæ ſunt vltra ſuam Diœceſim ſuoſque limites ne accedant, nec Eccleſias confundant, ſed ſecundum canones, Alexandriæ quidem Epiſcopus, quæ ſunt in Ægypto adminiſtret; Orientis autem* Epiſcopi, *Orientem ordinent ſolum, ſeruatis priuilegijs quæ ſunt in Nicænis Canonibus Antiochenæ Eccleſiæ.* Et quia Aſianus, Thracicus & Ponticus Epiſcopus habebant Diœceſim, ſicut patriarchæ, de quibus tamen non erant loquuti patres Synodi Nicænæ, ideo Conſtantinopolitani coniunxerunt eos cum tribus patriarchis, & voluerunt eos eodem iure cenſeri, vt pote qui regant Diœceſim, & plures prouincias, καὶ τοὺς τῆς Ἀσιανῆς διοικήσεως ἐπισκόπους τὰ κατὰ τὴν Ἀσιανὴν μόνον οἰκονομεῖν, καὶ τοὺς τῆς Ποντικῆς, τὰ τῆς Ποντικῆς μόνα, καὶ τοὺς τῆς Θρᾳκικῆς τὰ τῆς Θρᾳκικῆς μόνον οἰκονομεῖν, ἀκλήτους δὲ ἐπισκόπους ὑπὲρ διοίκησιν μὴ ἐπιβαίνειν ἐπὶ χειροτονίᾳ, ἤ τισιν ἄλλαις οἰκονομίαις ἐκκλησιαστικαῖς. φυλαττομένου δὲ τοῦ προγεγραμμένου περὶ τῶν διοικήσεων κανόνος, &c. i. *Et Aſianæ Diœceſis Epiſcopi quæ ſunt in Aſiana ſolum adminiſtrent, & Ponticæ, quæ ſunt Ponticæ ſola, & Thracicæ, quæ ſunt Thracicæ ſolum moderentur; non vocatos autem Epiſcopos, vltra Diœceſim tranſire non debere, ad ordinationem faciendam, aut aliquam aliam adminiſtrationem Eccleſiaſticam. Seruato autem præſcripto de Diœceſibus canone, clarum eſt quod vnamquamque Prouinciam, Prouinciæ Synodus adminiſtrabit iuxta ea quæ fuerunt Niceæ definita.*

CAPVT I.

Et ideo illi tres Epiſcopi, dicuntur Exarchi Diœceſis in Can. 9. & 17. Synodi Chalcedonenſis, & Diœceſis Metropolitani ad differentiam Metropolitanorum prouinciæ, in Can. 28 Synodi Chalcedonenſis, & patriarchæ à Socrate lib. 5. Hiſtor. cap. 8. Et in Synodo Epheſina, Can. 8. ſeparantur etiam Diœceſes à prouinciis, τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων διοικήσεων καὶ τῶν ἁπανταχοῦ ἐπαρχιῶν ἐκφυλαχθήσεται. i. *Idem autem &*

CAPVT I.

in alijs Diœcesibus, & quæ sunt vbique Prouincijs seruabitur. Et in Actis eiusdem Concilij Episcopi dicuntur *ex diuersis Diœcesibus, & Prouinciis congregati*, ἐπίσκοποι ἐκ διαφόρων διοικήσεων, καὶ ἐπαρχιῶν συνηγμένοι. Et in supradicto Concilio Cõstantinopolitano, manifesta etiam ponitur differentia inter Synodum Prouinciæ, & Synodum Diœceseos, sicut & Can. 9. Synodi Chalcedonens. Et ipse Theodoretus epist. 86. ad Flauianum Episcopum Constantinopolitanum. Cum Alexandrinus Episcopus quædã quæ pertinebant ad Antiochenum Episcopum eiusque Diœcesim, inuaderet, vtitur aduersus eum authoritate Nicænæ & Constantinopolitanæ Synodi, aitque in ea Diœceses distinctas fuisse, & sua vnicuique Diœcesi assignata, aperteque interdictum in ea ex altera quemque Diœcesi, alteram inuadere atque obtestatur Constantinopolitanum Episcopum, vt fidem ab eo oppugnatam, & pro conculcatis canonibus decertet, verba eius sunt. ἐν ἐκείνῃ γὰρ τῇ βασιλευούσῃ πόλει συνελθόντες οἱ μακάριοι πατέρες, συμφώνως τοῖς ἐν Νικαίᾳ συναθροισθεῖσι τὰς διοικήσεις διέκριναν, καὶ ἑκάστῃ διοικήσει τὰ ἑαυτῆς ἀπένειμαν, ἄντικρυς ἀπαγορεύσαντες, ἐξ ἑκατέρας τινὰς διοικήσεως ἑτέρᾳ μὴ ἐπιέναι, ἀλλὰ τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον, τὰ τῆς Αἰγύπτου μόνα διοικεῖν, καὶ ἑκάστην διοίκησιν τὰ οἰκεῖα. *I. In illa quippe Regia vrbe congregati, beati Patres, cum ijs qui apud Nicæam conuenerant conspirantes, Diœceses distinxerunt, & sua cuique Diœcesi assignarunt, contra interdicentes, ex altera quosdam Diœcesi alteram inuadere, sed Alexandriæ Episcopum Ægypti tantummodo res administrare & vnamquamque Diœcesim sua.* Hoc asserit Theodoretus, negat Salmasius, cuius fronti credemus? Et Hincmarus, Episcopis Remensis Diœcesis cap. 4. idem asserit. *Sancta Romana Ecclesia, plures Metropolitanos in speciali sua Diœcesi habet similiter & Alexandrina, Ecclesia in sua Diœcesi sed & Antiochena sedes nonnullos Metropolitnos in sua Diœcesi habet.* Et Balsamo in Can. 2. Synodi Constantinopol. *Sextus,* ait, *&*

ait, & 7. Canon primæ Synodi definiit, quænam Synodus Romano Papæ subesse debeat, quænam Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano, præsens autem canon definit Asiæ Episcopos, Ponticæ, Thracicæ, & alios, ea quæ sunt in suis finibus administrare, &c. CAPVT II.

CAPVT II.

QVod verò dicunt aduersarij in dicto Can. 6. agi tantum de Metropolitanis & eorum Prouinciis, non de Diœcesibus, ideo quia in Synodo Nicæna maxime actum fuit de Meletio, omnino absurdum est, & retorquetur in eos: nam quia Alexandrinus in tota Ægypto primatum habebat, ab antiquo, vt dicitur in dicto Can. 6. maxime agebatur de illo primatu tuendo & conseruando, aduersus quem Meletius, à Petro Alexandrino abdicatus, propter certa quædam crimina, tyrannidem exercebat, vt ait Theodoretus l.1.c.8. τυραννίδι κατὰ τῆς Ἀλεξανδρέων χρώμενος προεδρίας. Hæc vero non spectant ad iura nec fines Metropolitanorum, & ita prima eorum ratio corruit. Nec Synodus Nicæna habita est propter Meletium, sed propter alias duas contentiones tunc exortas prima est de Arij hæresi, secunda de Paschate, vt refert Socrates lib.1.

Quod secundo dicunt tempore Nicænæ Synodi nondum fuisse Diœceses distinctas nondum Præfect. Prætorio, aut Vicarios constitutos, & ita non potuisse Nicænam Synodum aliquid constituere de Diœcesibus quæ nondum erant, nihil etiam eos iuuat.

Nam quidquid dicant aduersarij de quatuor PP. & de Vicariis eorum, ac de diuisione Diœceseon facta post Concilium Nicænum, legimus pluribus annis ante Concilium Nicænum, & ante diuisionem Constantini, fuisse PP. Vicarios, & Diœceses, nam in Cod. Theodosiano est lex 1. de cohortalibus principibus, Cornicularиis & primipilaribus scripta

CAPVT II.

ad Constantium P.P. anno Domini 315. & alia lex 1. Cod. eodem de Centonar. & Dendrofor. ad Euagrium P.P. eodem anno 315. Et Constantinus scribens ad Episcopos qui interfuerant Synodo Arelatensi primo, vt ad suas Prouincias reuertantur, anno 314. aut circiter, ait se scripsisse ad Vicarium Præfect. African. *Dedi*, inquit, *quoque litteras competentes ad eum qui Vicariam Præfecturam per Affricam tuetur.* Et ante illa tempora Constantinus etiam scripserat ad Vicarium tunc Præfectorium in Affrica, vt ait B. August. lib. 5. contra Crescon. c. 70. & epist. 172. suntque plures leges scriptæ ad Vicarios P. P. in Cod. Theodos. longe ante Concil. Nicæn. est lex vnica ad l. Fabiam directa ad Vicarium Affricæ, ann. 315. & lex 1. Cod. eod. de officio iudicum omnium ad Domitium Celsum ann. 316. Et l. vnica de parricidiis Cod. eodem ad Verinum Vicarium Affricæ anno 318. Et l. 1. Cod. eodem de famosis libellis ad eundem Vicarium anno 319. Et ipsemet Constantinus in Concilio Nicæno ep. ad Ecclesias, apud Euseb. l. 3. de vita Constantini cap. 18. meminit Diœcesis Asianæ, & Ponticæ. Erantque ante Constantinum duo PP. & quatuor ab eo creati sunt, ita vt diuisio Constantini fuerit potius subdiuisio quam diuisio, de quorum Diœcesi agit nominatim Zozimus lib. 2. & Marianus Scotus in notitia.

Et potuisse esse Diœceses ante Nicænam Synodum, conuincit ratio ipsa, & veritas; nam vt ait Balsamo in Can. 9. Synodi Chalcedonensis διοίκησις δ' ἐστιν, ἡ πολλὰς ἐπαρχίας ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ. i. *Diœcesis autem est quæ multas sub se habet Prouincias.* Et confirmatur ex Ruffino in Breuiario. *Et in Diœcese*, inquit, *Macedoniæ*, *Prouinciæ sunt septem*, *Macedonia*, *Thessalia*, *Achaia*, *Epiri duæ*, *Præualis*, *Creta*. Et ex l. 8. de legat. & decret. legat. Cod. Theodos. *siue integra*, inquit, *Diœcesis in commune consuluerit*, *siue singulæ inter se voluerint Prouinciæ conuenire.* Et ita gens omnis, in qua erant plures Prouinciæ, dici

potuit Diœcesis, vt Affrica, Gallia, Macedonia, Hispania, & sic de aliis, licet verum sit veteres Romanos magis vsos fuisse nomine Prouinciæ, quia diuidere solebant gentes in Prouincias, vt constat ex eodẽ Rufo, in tantum vt aliqua Regio quæ plures continebat Prouincias diceretur etiam Prouincia, vt verbi gratia Affrica quæ etiam temporibus B. Cypriani plures habuit Prouincias, dicitur ab eo epist. ad Cornelium de Polycarpo Adrumentino, Prouincia fusa, *sed quoniam*, inquit, *latius fusa est nostra Prouincia habet enim Numidiam, & Mauritanias duas sibi cohærentes.* Et ita Innocent. 1. ep. 1. ad Decentium Eugubinum, Italiam, Galliam, Hispanias, Affricam, Siciliam Prouincias appellat loco ante dicto in 2. quæstione, & apud Euseb. l. 5. cap. 22. propter eandem rationem Romanus, Alexandrinus, & Antiochenus Episcopus, dicuntur *ἐπίσκοποι τῶν ἐπαρχιῶν.* Et quando in antiqua versione Latina canonis 6. Nicæni, dicitur, *antiqui moris est vt vrbis Romæ Episcopus habeat principatum, in suburbicaria loca, & omnem Prouinciam sua sollicitudine gubernet*, per Prouinciam debet intelligi eius Diœcesis, ad differentiam suburbicariorum locorum, quæ eius Prouinciam proprie dictam componunt & constituunt.

Et in eodem Can. 6 Synodi Nicænæ, Zonaras quoque ait Romanum Episcopum regere Prouincias Occidentis, sic in l. vlt. D. de muneribus §. 20. Africa dicitur Prouinia, & Asia l. vltima §. 9. D. de censibus, & Macedonia §. 8. quare Cujacius in paratit. Cod. de officio PP. Orientis & Illyrici, dicit eum qui præest Prouinciæ dici plerumque preesse Prouinciis tantum, mentione nulla facta Diœcesis.

CAPVT III.

CAPVT III.

PRæterea etsi nullas habuisset tunc Imperium Diœceses, Ecclesia tamen habere potuisset, nam in Pontificali Damasi dicitur de Dionysio in eius vita, *hic Presbyteris Ecclesias diuisit, & cæmiteria, & parochias, & Diœceses instituit.* Et in Synodica Concilij Arelatensis, Romanus Pontifex dicitur, *maiores Diœceses tenere,* & ratio est, quia Ecclesia non sequitur semper humanarum administrationum dispositiones, Innocent. 1. epist. 18. Alexandro Antiocheno cap. 2. *Nam quod sciscitaris vtrum diuisis imperiali iudicio Prouinciis, vt duo Metropoles fiant, sic duo Episcopi Metropolitani debeant nominari, non ergo visum est ad mobilitatem necessitatum mundanarum Dei Ecclesiam commutari, honoresque ac diuisiones perpeti.* Et Gelas. epist. 6. ad Dardan. *Alia est potestas secularis, alia Ecclesiasticarum distributio dignitatum.* Et ideo cum Antiochenus Episcopus sibi vindicaret potestatem ordinandi Metropolitanum Cypri, propterea quod Cyprus regeretur à duce Antiocheno, id non obtinuit in Synodo Ephesina Can. 8. & similiter cum diuisa à Theodosio Phœnicia in duas Prouincias, & Eustatius Beriti, seu Phœniciæ secundæ Episcopus, noluisset agnoscere Photium primæ seu Tyri Metropolitanum, dicens se per illam diuisionem factum esse æque Metropolitanum, re in Concilio Chalcedonensi proposita, responsum est à patribus, μὴ κατὰ θεῖα γράμματα, ἢ πραγματικοὺς τύπους τὰ τῶν ὁσιωτάτων ἐπισκόπων προβαίνειν, ἀλλὰ κατὰ τοὺς κανόνας τοὺς παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων νομοθετηθέντας. i. *non secundum sacra scripta, aut pragmaticos typos, sed secundum canones procedere patrum constitutiones.* Vnde factus est canon 12. eiusdem Synodi.

Et cùm Imperator Iustinianus, Hellespontum & Pontum Polemoniacum in vnam prouinciam contraxisset, quæ 13. vrbes cõprehenderet, voluit tamen

manere tutam & firmam diuisionem Ecclesiasticam illarũ in duas Metropoles & prouincias, Amasiæ scilicet, & Neocæsareæ, Nouella 28. cap. 2. vbi etiam asserit hunc vetustissimum esse morem Ecclesię, vt prouinciis coniunctis ab Imperatore, maneant diuisæ Metropoles, οὐδὲν γὰρ, inquit, τῶν περὶ τὴν ἱερωσύνην αὐτῶν καινίζομεν, id est, *nihil enim circa Sacerdotium illarum innouamus*. Et Nouuella 29 cap. 1. cum Paphlagoniam & Honoriadem in vnam prouinciam redegisset, nihil quoq[ue] innouauit in Ecclesiastica Prouinciarum diuisione, aitq; id ita fieri sæpissime. Hæc porro quęstio agitata fuit in Synodo Nicolai Patriarchæ Constantinopol. & ad plenũ examinata, variis de ea re exemplis allatis, cuius Synodalis epist. extat in iure Græco Romano tomo 1. & in ea Can. 17. Synodi Chalcedonensis examinatur. His addi potest quod in diuisione Prouinciarum Galliæ facta temporibus Honorij, Moguntia dicatur Metropolis, cum tamen in ordine Ecclesiastico non esset talis, quæ facta est Metropolis à Zacharia epist. 14. sicut & Agrippina, quæ tamen dicitur Metropolis superioris Galliæ ab Athanasio epist. ad Solitar. CAPVT III.

CAPVT IV.

ET hæc quidem generaliter dicta sint ad soluendas difficultates aduersariorũ; nunc speciatim ostendendum est illos tres Episcopos de quibus agitur in dicto Can. 6. Synodi Nicænæ, scilicet Romanum, Alexandrinum, & Antiochenum, habuisse sub se non tantum Prouincias, sed Diœceses, & agendum de specialibus eorum Diœcesibus, in Nicæna Synodo distinctis & designatis.

Nam illis τὰ πρεσβεῖα conseruantur, πρεσβεῖα verò sunt honores & primatus, & principatus. Suidas, πρεσβεῖα, τιμάς, γέρα. i. πρεσβεῖα honores & præmia. Et

CAPVT IIII.

Hesychius πρεσβεῖα κράτη, καὶ ἀρχιερεῖα, καὶ ἀρχεῖα τὰ ἱερά. Et ita magis proprie accipitur in hoc Can. 6. Synodi Nicęnæ quam in Can. 3. Synodi Constantinopolitanę, vnde ibi Patres non tribuunt simpliciter πρεσβεῖα Constantinopolitano Patriarchæ, sed πρεσβεῖα τῆς τιμῆς. Et ab Athanasio epist. de Synodis Arimini tribuuntur omnibus Clericis, τὰ πρεσβεῖα παρὰ τῶν λαῶν.

Idque primum simul & summatim probari potest de illis tribus Episcopis ex actis Concilij Nicæni apud Gelasium lib. 2. vbi in fine extant subscriptiones illorum trium Episcoporum, & aliorum, cum enumeratione Prouinciarum sibi subiectarum, qui per Synodicas epistolas ea quę in Synodo promulgata erant transmiserunt.

Ὁ Ὅσιος ἐπίσκοπος πόλεως Κορδούβης ταῖς κατὰ Ῥώμην καὶ Σπανίαν καὶ Ἰταλίαν πᾶσαν, καὶ ταῖς ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι, τοῖς ἐπέκεινα κατ' ἐμὲ οὖσιν ἕως τοῦ ὠκεανοῦ, ἁγίαις τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις, διὰ τῶν σὺν αὐτῷ πρεσβυτέρων Ῥώμης, Βίτωνος καὶ Βικεντίου.

Ἀλέξανδρος, Ἀλεξανδρείας σὺν Ἀθανασίῳ τότε ἀρχιδιακόνῳ ὄντι, ταῖς κατ' Αἴγυπτον πᾶσαν, καὶ Λιβύην καὶ Πεντάπολιν, καὶ τὰ ὅμορα τούτοις ἕως τῶν τῆς Ἰνδίας ἐπαρχιῶν.

Εὐστάθιος Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης, ταῖς κατὰ Συρίαν κοίλην, καὶ Μεσοποταμίαν, καὶ Κιλικίαν ἑκατέραν.

1. *Hosius Episcopus Cordubæ sanctis Dei Ecclesiis quæ Romæ sunt, & in Italia & Hispania tota, & his sanctis Dei Ecclesiis, quæ vlterius sunt, inter me vsque ad Oceanum, per eos Presbyteros Romæ, qui cum ipso erant, Vitonem & Vincentium.*

Alexander Alexandriæ cum Athanasio tunc Archidiacono Ecclesiis per totam Ægyptum, & Libyam, & Pentapolim, & finitima his loca, vsque ad Indiæ Prouincias.

Eustathius Magnæ Antiochiæ, Ecclesiis in Cœlesyria, & Mesopotamia tota, & Cilicia vtraque.

Quæ subscriptiones etiam extant in Synodo Ni-

cæna Alphonsi Pisani, & similes quoque ponuntur, cap. 26. CAPVT V.

In illis vero subscriptionibus, non vna Prouincia, sed plures Prouinciæ assignantur Romano, Alexandrino, & Antiocheno Episcopo, & illæ subscriptiones quæ sumptæ sunt ex actis Synodi Nicenæ referente Gelasio Cyziceno, possent sufficere ad refellenda & coarguendas opiniones aduersariorum, sed abundanter adhuc sigillatim probandum est, Romanum, Alexandrinum & Antiochenum distinctas administrare Diœcees.

CAPVT V.

ET quidem si agatur de Romano omnes interpretes Nicæni Canonis 6. dixerunt Occidentem esse Diœcesim Romani Pontificis, Ægyptum Alexandrini, & Orientem Antiocheni, Balsamo, *Sextus*, ait, *& septimus Canon, statuunt quatuor Patriarchas videlicet Romanum, Alexandrinum, Antiochenum, & Hierosolymitanum ex antiquis moribus honorari, & Alexandrinum quidem Episcopum præesse Prouinciis Libyæ, & Ægypti, & Pentapolis Antiochenum, Syriæ, Cœlesyriæ Mesopotamiæ, & vtrique Ciliciæ, Hierosolymitanum autem Prouinciis Palæstinæ, Arabiæ, & Phœnicie, quoniam inquit & Romanus Episcopus præest Occidentalibus Prouinciis.* Et Zonaras ante Balsamonem idem plane affirmauit in dicto Can. 6. & videtur mihi Balsamo id sumpsisse non tantum ex Zonara, sed etiam ex Gelasio, aut ex Actis Concilij Nicæni, in prædictis subscriptionibus, in quibus idem omnino continetur, & Phœnicia quoque assignatur Hierosolymitano. Et occidens tribuitur Romano Pontifici, à B. Hieronym. epist. ad Marcum. Hæreticum, *me cum Occidente, hæreticorum me cum Ægypto, hoc est cum Damaso, Petroque condemnent*, nam cum alij Patriarchæ dicantur tantum

Caput V. Orientis Patriarchæ, ſolus Romanus erit Patriarcha Occidentis. At in Synodo generali actione 1. Patriarchales legati, Alexandrinæ, Antiochenæ & Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Ioannes & Thomas dicuntur deſtinati à Sacerdotibus Orientalis Diœceſis, παρὰ τῶν ἀρχιερέων καὶ ἱερέων τῆς ἀνατολικῆς διοικήσεως, illi enim duo Ioannes & Thomas erant ſimul trium Apoſtolicarum ſedium Legati, Alexandrinæ, Antiochenæ, & Hieroſolymitanæ, & ita ſubſcribunt Synodo Actione 7. & tamen vno verbo dicuntur Orientis Legati, Actione 1. & actione 3. ſunt litteræ eorundem trium Patriarcharum ad Taraſium Conſtantinopolitanum cùm hac inſcriptione, τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ κυρίῳ καὶ δεσπότῃ Ταρασίῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως καὶ οἰκουμενικῷ Πατριάρχῃ οἱ τῆς ἑώας ἀρχιερεῖς τε καὶ ἱερεῖς ἐν Κυρίῳ χαίρειν. i. *ſanctiſſimo & beatiſſimo Domino Taraſio Archiepiſcopo Conſtantinopoleos, & vniuerſali Patriarchæ Orientis ſummi Sacerdotes in Domino ſalutem.* Et actione 6 in refutatione ſyllogi in principio, vbi Ioannes Diaconus legit Orientis tres Patriarchas non conſenſiſſe huic ſyllogo, ἀλλ' οὔτε συμφρονοῦντας αὐτῇ τοὺς Πατριάρχας τῆς ἕω, Ἀλεξανδρείας, Ἀντιοχείας, καὶ τῆς ἁγίας πόλεως. i. *ſed nec conſentientes ſibi Patriarchas Orientis, Alexandriæ ſcilicet, Antiochiæ ac ſanctæ ciuitatis.* Et in 8. Synodo generali Act. 1. Thomas & Elias Vicarij Antiochiæ & Hieruſalem dicuntur Vicarij Orientis ſeu τοποτηρηταὶ τῆς ἀνατολῆς, & Act. 6. τοποτηρηταὶ τῶν τῆς ἀνατολῆς θρόνων. i. *locum tenentes ſedium Orientis ſeu Orientalium*, itemque, Actione 7 & 8 Et apud Nicetam in vita Ignatii Archiepiſcopi Conſtantinopolitani; vbi Legatum Alexandrinum, Antiochenum & Hieroſolymitanum, vocat Legatos, ἐκ τῶν τῆς ἀνατολῆς πατριαρχείων. Et in epiſtola Styliani Epiſcopi Neocæſareæ ad Stephanum Papam. καθὼς καὶ ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἡ ἐν Κωνσταντινουπόλει συγκροτηθεῖσα παρὰ τῶν τοποτηρητῶν τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, καὶ τῶν τῆς ἀνατολῆς θρόνων τριῶν.

τριῶν. i. *Quemadmodum & sancta ac œcumenica Synodus Constantinopoli, à Legatis Apostolicæ Cathedræ, & à Vicarijs trium Orientis thronorum.* Et sane Agatho in Epistola Synodi Romanæ ad Constantinum Imperatorem, quæ extat in Synodo 6. Actione 4. tribuit Occidentem & Septentrionem Romanæ sedi, deinde paulo post se excusat apud Imperatores, quod non potuerit tam cito mittere Legatos ad hanc Synodum sanctam, πρῶτον, inquit, μὲν ὅτι ἀναρίθμητον πλῆθος τῶν ἡμετέρων μέχρι τῶν κλιμάτων τοῦ ὠκεανοῦ ἐκτείνεται, &c. *Primum quidem quod numerosa multitudo nostrorum vsque ad Oceani regiones extenditur.* Et addit plurimos ex illis Episcopis esse in medio Longobardorum, Sclauorum, Francorum Gallorum, atque Britannorum, quod conuenit subscriptioni Hosij apud Gelasium quam supra attulimus: porro notandum in hac epistola Agathonem appellasse Episcopos Romanæ sedi subiectos, & ad eam Diœcesim pertinentes, Episcopos Concilij sui, vt in ipsa inscriptione epistolæ, Ἀγάθων, inquit, ἐπίσκοπος δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, σὺν πάσαις ταῖς συνόδοις ταῖς ὑπακουούσαις τῇ συνόδῳ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου. i. *Agatho Episcopus, seruus seruorum Dei cum omnibus Synodis subiacentibus Synodo Apostolici throni.* Et in diuali sacra ad Agathonem, in qua scribit Imperator, vt mittat de Ecclesia sua tres personas, ἐκ δὲ τῆς συνόδου ἕως δεκαδύο μητροπολιτῶν καὶ ἐπισκόπων. i. *de Concilio verò, vsque ad duodecim Metropolitas & Episcopos.* Nam Synodum Græci & Concilium Latini sumpserunt pro parochia Episcopi, pro Prouincia Metropolitani, & pro Diœcesi Patriarchæ, vt patet ex iam dictis epistolis Imperatoris Constantini, & Agathonis Papæ, & ita loquutus est Iulian. antecessor constit. 115. *Si,* inquit, *inter Episcopos eiusdem Concilij dubitatio emerserit, de Ecclesiastico iure vel aliis negotiis.* Et Liberatus in Breuiario c. 4. *Mandauit ergo Andreæ, & Theodoro Episcopis Concilij sui.* Et cap. 20. *Omnes Metropolitani illic Episcopi cum suis Concilijs.* Et ab CAPVT V.

R

CAPVT V.

alijs obseruatum, & Synodus Toletana 3. cap. 4. *Si Episcopus vnam de parochianis Ecclesijs suis Monasterium dicare voluerit, vt in ea Monachorũ regulariter congregatio viuat, hoc de consensu Concilij sui habeat licentiam faciendi.* Et S. Gregor. l. 1. 11. epist. 54. *Contra hæc si dictum fuerit quia nec Metropolitanum habuit, nec Patriarcham, dicendum est, quia à sede Apostolica, quæ omnium Ecclesiarum caput est, causa hæc audienda ac dirimenda fuerat, sicut etiam prædictus Episcopus petiisse dignoscitur, qui Episcopos alieni Concilij iudices habuit.* Sed mirum alicui videbitur, cur dicatur de Episcopo qui erat in Occidente eum non habere Patriarcham. Sed respondetur posse fieri vt aliquis sit in alicuius Patriarchatu & non habeat Patriarcham, vt diximus supra de Cypri Episcopo, quãdo scilicet Patriarcha nullam vnquam ordinationem ibi exercuit, & quia Romanus Pontifex non vtebatur in illis regionibus potestate Patriarchę, sed potius potestate vniuersalis Episcopi, idcirco potuit dici istum Episcopum non habuisse Patriarcham.

Ex quibus omnibus apparet quam absurdi & ridiculi sint aduersarij, cum tribuant tantum Romano Episcopo regiones suburbicarias, nec enim Ruffinus vsus est hoc verbo ad restringendam potestatem Romani Pontificis, sed vt ostenderet eodem modo Alexandrinum habere potestatem in Ægyptum, quo habet Romanus in regionibus suburbicariis, potuissetq; dicere in parochia sua, nulla enim esse potest in eo Can. 6. comparatio Ægypti, Lybiæ & Pentapolis cum regionibus suburbicariis, quæ longe minores sunt, agiturque tantum de modo non de latitudine potestatis, & quia notissimæ erant illæ regiones, ideo illas in exemplum sumpsit Ruffinus, vt in Notis postea dicemus.

CAPVT VI.

CAPVT VI.

SI agatur verò de Alexandrino, certum est ex ipso Can. 6. ipsum habere potestatem per Ægyptum, Lybiam, & Pentapolim. Et ex epistola Concilij eiusdem, scripta sanctis Dei Ecclesiis per Alexādriam, Ægyptum, Pentapolim, & Lybiam quibus Thebaïdem adiungit Athanasius apolog. 2 *Sancta*, ait, *Synodus Alexandriæ congregata ex Ægypto, Thebaide, Lybia & Pentapoli.* Et plures alias Epiphan. hæresi 68. τοῦτο γὰρ ἔθος ἐστὶ τὸν ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ἀρχιεπίσκοπον πάσης τε Αἰγύπτου καὶ Θηβαΐδος, Μαρεώτου τε, καὶ Λιβύης, Ἀμμωνιακῆς Μαρεώτιδός τε, καὶ Πενταπόλεως, ἔχειν τὴν ἐκκλησιαστικὴν διοίκησιν. i. *Hic enim mos est Alexandrinorum Archiepiscoporum, vt per totam Ægyptum, ac Thebaidam, Mareotidem, Lybiam, Ammoniacam, Mareotidem & Pentapolim Ecclesiastica negotia administrent.* Idem etiam probatur ex Actis Concilij Nicæni apud Gelasium lib. 2. cap. supra citato.

CAPVT. VII.

SI vero agatur de Patriarcha Antiocheno, in dicta quidem Synodo Nicæna non enumerantur Prouinciæ eis subiectæ, sed in supradictis subscriptionibus apud Gelasium tribuitur ei Cœlesyria, Mesopotania, & Cilicia vtraque. Et in Actis Apostolorum, cap. 15. vers. 23. Apostoli scripserunt fratribus qui erant Antiochiæ in hunc modum. *Apostoli, & Presbyteri, & fratres his qui sunt Antiochiæ & Syriæ, & Ciliciæ fratribus & gentibus salutem.*

Et Ciliciam quidem pertinuisse ad Antiochenum Patriarcham, & ad Orientem, probatur ex l. 3. Cod.

R ij

Caput VII.

Theodosiano de fide Catholica, cuius meminit Sozomen. lib.7.cap.9. Et ex Socrate lib.5.cap.8. In his enim locis agitur de Diœcesi Orientis, & inter eius Episcopos duo orthodoxi recensentur, Pelagius Laodiceæ & Diodorus Tarsi, Laodicea enim pertinet ad Cœlesyriam, & Tarsus ad Ciliciam primam. Et in electione Antiocheni Episcopi apud Euseb. in vita Constantini l.3. aderat Narcissus, Ciliciæ Episcopus, Alphius Cœlesyriæ, & Ætius Palestinæ. Imo & Phœnicia aliquando pertinuit ad Antiochiam, Ælius Spartianus in Adriano. *Antiochenses*, inquit, *inter hæc odio habuit, vt Syriam à Phœnice separare voluerit, ne tot ciuitatum Metropolis Antiochia diceretur.* Et Machab.l.2. c.3. Apollonius dicitur dux Cœlesyriæ & Phœnices & ab Athanasio in libello de miraculo facto ab imagine Christi Berytus dicitur subiacere Antiochiæ, πλȣσα ὃ ὑπὸ Ἀντιόχειαν. Et refertur in Synodo 7. generali Act. 4. Item & Palæstina, vt colligitur ex B. Hierony. epist. ad Pammach. vbi ita alloquitur Ioannem Hierosolymitanum Patriarcham, tunc subditum Cæsariensi Metropolitano. *Tu qui regulas quæris Ecclesiasticas, & Nicæni Concilij canonibus vteris & alienos Clericos, & cum suis Episcopis commorantes tibi niteris vsurpare, responde mihi, ad Alexandrinum Episcopum Palæstina quid pertinet, nisi fallor hoc tibi decernitur, vt Palæstinæ Metropolis Cæsarea sit, & totius Orientis Antiochia, aut igitur ad Cæsariensem Episcopum referre debemus cui spreta communione tua communicare nos noueras, aut si procul expetendum iudicium erat, Antiochiam, potius litteræ dirigendæ.* Idem confirmatur ex Leone 1. ep. 62. ad Maximum Antiochenum, in qua dicit Iuuenalem Episcopum Hierosolymit. conatum fuisse sibi subiicere Palæstinam, in Ephesina Synodo. *Sicut*, ait, *etiam in Ephesina Synodo quæ impium Nestorium cum dogmate suo perculit, Iuuenalis Episcopus ad obtinendum Palæstinæ Prouinciæ primatum, credidit se posse sufficere, & insolentes ausus per co-*

mentitia scrpta firmare, quod Sanctæ memoriæ Cyrillus Alexandrinus Episcopus merito perhorrescens scriptis suis mihi quid prædicta cupiditas ausa sit, iudicauit, & sollicita prece multum poposcit, vt nulla illicitis conatibus præbeatur assensio. Hæc manifesta sunt eosque locos adfert aduersarius, ne obijciantur illi aut ne videatur ignorasse quod sæpe facit. CAPVT VII.

Nec obstat quod diximus supra ex subscriptionibus Symboli Nicæni apud Gelasium, Hierosolymitanum Episcopum subscribere tanquam primatum haberet in Palæstina, Arabia, & Phœnicia, nam in illis habuit tantum primatum honoris, sed nullam exercebat iurisdictionem, vt dicemus postea, eaque pertinebat tunc ad Antiochenum. Et quando etiam in Concilio Nicæno Hierosolymitanus subscripsit ante Antiochenum, hoc fecit ratione Palæstinæ quæ in ordine Prouinciarum, sequebatur Prouincias Ægypti, & secundum eam factæ sunt subscriptiones tam in Synodo Nicæna prima, quàm in Constantinopolitana I.

In Ephesina enim Synodo ratio subscribendi mutata est, nam Patriarchæ subscripserunt primi, tum Metropolitani, & Episcopi.

Porro non est silentio prætermittenda præclara illa questio, quam facit hoc loco aduersarius, *Si de Patriarchis*, inquit, *sit Canon 6. quid fiet de aliis Prouinciis, cum additur & in aliis, ergo erunt Patriarchales.* Simus pij, & iuuemus aliqua parte debilem, & ad id quod dicit, ergo erunt Patriarchales, dicamus minime, sed in illis vt in Patriarchalibus sua similiter iura seruabuntur, nec enim exiguntur iura Metropolitanorum ad iura Patriarcharum, nisi in eo quod Metropolitanis sua iura & priuilegia seruari dicuntur, sicut & Patriarchis, licet sint diuersa, & ita intelligendus est locus ille. Nam in dicto Can. 6. agitur primo de potestate eorum qui erant supra Metropolitanos, & qui Prouincias plures regebant, & dicti sunt Patriarchæ, agi-

CAPVT VII. tur secundo de Metropolitanis, qui vnam aliquam prouinciam tantum regebant, & definitur tam de illis quam de his, vt & illis & his sua iura seruentur. Et videtur interpungendus locus post illa verba, similiter & in Antiochia, vt scilicet ea referantur ad superiora, in quibus dicitur antiqui mores seruentur; & ita pertineant ad Patriarchas, ea vero quæ sequuntur, & in aliis prouinciis, &c. pertineant ad Metropolitanos, & hac parte vltima quæ est de Metropolitanis se tuebantur Cyprij aduersus Antiochenũ Patriarcham in Synodo Ephesina cum sanctorum patrum canones in sua causa volebant obseruari.

In eodem vero Concilio Nicæno Can. 7. Hierosolymitana quoque Ecclesia facta est Patriarchalis, sed verbo & honore tenus, seruata Metropoli propria dignitate, ἐπειδὴ συνήθεια κεκράτηκε καὶ παράδοσις ἀρχαία ὥστε τὸν ἐν Αἰλίᾳ ἐπίσκοπον τιμᾶσθαι, ἐχέτω τὴν ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς, τῇ μητροπόλει σωζομένου τοῦ οἰκείου ἀξιώματος, id est, *Quoniam obtinuit consuetudo, & antiqua traditio, vt qui est in Ælia Episcopus honoretur, habeat honoris consequentiam, seruata Metropoli propria dignitate*, quæ verba passim vulgo non intelliguntur, & sunt explicanda, sensus est vt Ælia habeat illum honorem, quem antiqua cõsuetudo, & traditio illi contulit, consequentia enim in nostris libris sumitur aliquando pro traditione antiqua & assidua, seu pro more ab antiquis tradito, idque probatur ex Can. 55. Synodi Trullanæ, ἐπειδὴ μεμαθήκαμεν τοὺς ἐν τῇ Ῥωμαίων πόλει ἐν ταῖς ἁγίαις τῆς τεσσαρακοστῆς ἡμέραις καὶ νηστείαις τοῖς ταύτης σάββασι νηστεύειν παρὰ τὴν παραδοθεῖσαν ἐκκλησιαστικὴν ἀκολουθίαν, &c. id est, *Quoniam intelleximus in Romanorum ciuitate, in sanctis quadragesimæ ieiuniis, in eius Sabbatis ieiunare, præter traditam Ecclesiasticam consequentiam.* In traditione enim debet esse consequentia, & ex illa fit traditio, vt ait Gregor. Nyssen. epist. canonica Can. 6. *solum autem furtum & sepulchrorum effossionem & sacrilegium vitia exi-*

stimamus, διὰ τὸ οὕτως ἐκ τῆς τῶν πατέρων ἀκολουθίας τὴν παράδοσιν ἡμῖν ταύτην γενέσθαι, id est, *quod sic à Patrum consequentia hæc nobis traditio facta sit.* Quę consequentia si desit, & abrupta sit, traditio quoque deficit, vt ait D. Basil. epist. ad Amphiloch. Can. 1. ἐπέλιπε γὰρ ἡ μετάδοσις τῷ διακοπῆναι τὴν ἀκολουθίαν, id est, *defecit enim traditio, quod discissa sit consequentia.* Et in Can. 7. Synodi Constantinopolitanæ 1. coniungitur cōsequentia, cum consuetudine, τοὺς προστιθεμένους τῇ ὀρθοδοξίᾳ καὶ τῇ μερίδι τῶν σωζομένων ἀπὸ αἱρετικῶν, δεχόμεθα κατὰ τὴν ὑποτεταγμένην ἀκολουθίαν καὶ συνήθειαν. i. *Eos qui rectæ fidei adijciuntur, & parti eorum qui ex hæreticis seruantur, recipimus secundum hic subiectam consequentiam & consuetudinem.* Et Balsamo in Can. 75. Synodi Trullanæ, vtitur eodem formula loquendi, *statuerunt*, inquit, *ergo Patres non esse sacra canenda cantica & psalmodias, inordinatis vociferationibus & naturæ vim afferentibus, nec etiam quibusdam flexis modulatisque vocibus Ecclesiasticæ constitutioni, & consequentiæ non conuenientibus*, ἀνοικείων τῇ ἐκκλησιαστικῇ καταστάσει, καὶ ἀκολουθίᾳ.

Et in Synodo Ephesina Can 8. εἰ μηδὲ ἔθος ἀρχαῖον παρηκολούθησεν. i. *maxime si neque antiqua consuetudo consecuta est.* Qua ratione etiam Iustinus Martyr in paræneticо ad Græcos, ait maiores & magistros nostros, nos docuisse de Deo, & mundo, & de hominis creatione, de animæ humanæ immortalitate, & futuro Dei iudicio, & de omnibus, quæ opus est nos scire ἀκολούθως καὶ συμφώνως, ita vt ἀκολούθως spectet ad successionem traditionis, συμφώνως ad conuenientiam doctrinæ, dicimus enim ἀκόλουθοι ἐπὶ λόγου, ἢ πράξεως, vt est in glossis veteribus.

CAPVT VII.

Capvt VIII.

CAPVT VIII.

QVod attinet ad Patriarcham Constantinopolitanum, is etiam in Concilio Constantinopolitano primo, Can. 3. non habuit nisi primatum honoris, nondum ei attributa Diœcesi. τὸν μὲν τοι κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν τῆς ῥώμης ἐπίσκοπον, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν ῥώμην, id est, *Constantinopolitanum Episcopum habere primatum honoris, post Episcopum Romæ, eo quod sit ipsa noua Roma.* Non dixit vero habeat honoris consequentiam, vt dictum fuit de Hierosolymitano, quia non habuerat hunc honorem ab antiquo sicuti Hierosolymitanus, qui semper tanquam patriarcha habitus fuerat, tum quia ipse erat primus Episcopus ab Apostolis institutus, & quod illa ciuitas dicta est Ciuitas Dei. Et licet Hincmarus dicat opusculo 55. Capitulorum Constantinopolim factam fuisse patriarchalem initio eo modo quo sedes Hierosolymitana, est tamen differentia, quia Hierosolymitano non est expresse assignatus locus, & honor primatus quia hunc semper habuerat. At Constantinopolitanus Episcopus in dict. Can. 3. ponitur secundus post Romanum Episcopum ante omnes alios patriarchas, daturque illi primatus de nouo.

Nec est ei aliquid tributum in alios Episcopos, præter primatum honoris, vnde in Concilio Constantinopolitano, primus quidem subscripsit, sed solus sine vllis aliis Episcopis, qui ad ipsum pertinerent, nam quod ait Socrates lib. 5. cap. 8. Patres Concilij Constantinopolitani Patriarchas constituisse, & Prouincias diuisisse, & Nectario amplam illam ciuitatem Constantinopolis, & totā Thracicam sorte obuenisse; ita explicandum est, constituisse quidem Patriarchas, prouincias diuisisse nimirum partim repetendo constitutionem

stitutionem & diuisionem factam à Synodo Nicæna, vt explicat Theodoretus ep. 86 ad Flauianum Episcopum Constantinopolitanũ, supra allata, & aliquid addendo, nimirum quia de Asiana, Pontica, & Thracica Diœcesi idem constituerunt, quod in Nicæna Synodo erat constitutum, de Diœcesi trium Patriarcharum Can. 2. Synodi Cõstantinopolitanæ, & quod ad instar trium Patriarcharum de quibus agitur in 6. canone Synodi Nicænæ, constituerunt, vt Asianus, Ponticus & Thracicus regerent suam Diœcesim dicto Can. 2. Et deinde quia Constantinopolitano Episcopo dederunt primatum honoris post Romanum Can. 3. eiusdem Synodi Constantinopolitanæ, & amplam illam ciuitatem Constantinopolis, & Thracem tribuerũt: nam reuera Nectarius factus est Episcopus Constantinopolitanus antequam esset vere Patriarcha, & per Thracem nec Diœcesis plurium Prouinciarum, nec vlla Prouincia intelligenda est, vt tandem post multum laborem actum in orbem excogitauit osor Patriarcharũ, sed tantũ parœcia quam habebat, vt Episcopus Bysantin⁹ antequã haberet Patriarchatum, & hoc solũ voluit dicere Socrates. Et ita primus quidem subscripsit tanquã Patriarcha in Synodo Cõstantinopolitana, sed solus tanquam Episcopus, nec Prouinciam nec Diœcesim habuit Patriarcha CP. iure legitimo ante Concilium Chalcedonense, in quo multa illi tributa sunt, vt potestas ordinandi Episcopos Ponticæ, Asianæ & Thracicæ Diœcesis Can. 28. Synodi Chalcedon. Et summum iudicium in Metropolitanos Can. 9. & 17. eiusdem Concilij. Ante tamen illud Concilium, non contenti solo nomine Patriarchæ, iura etiam passim vsurpare cœperant vt constat ex Socrate lib. 6 cap. 15 vbi de S. Chrysostomo dicitur, multos Episcopos in Asia ordinasse & abdicasse, & ex Actis ipsiusmet Concilij Chalcedonensis. Actione 10. in fine, quod vero Socrates addit de aliis Episcopis Ponticæ, Asianæ Diœcesis & de multis aliis, for-

CAPVT VIII.

S

CAPVT VIII. tito illis tunc obtigisse Episcopatum suum; aliud voluit dicere Socrates, sed non habuit verba quibus hoc diceret, illi enim omnes erant antea Episcopi, & quia erant orthodoxi, constitutum est, vt Ecclesiæ illis committerentur quos communicare constitisset cum Nectario, & illis aliis ibi enumeratis Episcopis, vt dicitur in lib. 3. Cod. Theodos. de fide Catholica & à Sozomen. lib. 7. cap. 9. ex qua lege hoc sumpsit Socrates, sed male accepit, aut retulit. Nec enim illis dati sunt hi Episcopatus, sed Ecclesias dandas Episcopales decernitur, his qui cum illis communionem haberent.

CAPVT IX.

QVod denique aduersarij etiam addunt tempore Concilij Nicæni nomen Patriarchæ nondum tributum fuisse Episcopo Romano, Alexandrino, Antiocheno, vel Hierosolymitano, nos respondemus, hoc nomen quidem ipsos non habuisse proprium initio, vt habuerunt postea, sed potuisse eo nomine signari, non enim erat nomen inauditum, imo maxime cognitum, propter Iudæorum Patriarchas; & quia Cataphryges etiam, vt ait Hieronym. epist. 54. primarios de suis vocauerût Patriarchas *Cataphryges primos de Pepuza Phrygiæ Patriarchas habebant, secundos quos appellabant Cenones, vt ita in tertium, id est, pene vltimum locum Episcopi deuoluerentur*, & S. Cyprian. lib. de mortalitate Beatos Paradisi, nuncupat Patriarchas nostros. Et Gregor. Nazianz. Orat. 19. ait Patrem suum Nazianzi Episcopum, propter lenitatem suam, dictum & habitum fuisse Patriarcham à plebe sua, ἐχρῶντο πατριάρχῃ, καὶ νομοθέτῃ καὶ δικαστῇ. Patriarcha enim nihil aliud significat quam principem familiæ vel cognationis, ἄρχοντα πατριῶν. Nam πατριαὶ apud Hesychium sunt φυλαὶ, id est, *tribus*. Et Suid. πατριαὶ χῶραι, φυλαὶ τοπαρχίαι, id est, πάτραι, regiones, tribus,

locorum præfecturæ, & ita qui vel initium dedit cuidam familiæ, vel qui ducit dicitur Patriarcha, vnde cum Glycerius quidam Diaconus, secessisset à suo Episcopo, & Presbytero, coactis quibusdam virginibus, se Patriarcham dixit, καὶ πατριαρχίας ὄνομα καὶ σχῆμα ἑαυτῷ περιθείς. Vt dicitur in epistola ad Gregor. Nazianz. quæ est inter eius epistolas 205. denique Patriarchæ sunt, etiam progenitores Act. cap. 7. vt explicat D. Chrysostomus ibidem, Πατριάρχας δέ φησι τοὺς προγόνους, at Apostoli nos genuerunt per Euangelium, & ita possunt dici Patriarchæ. Quare licet nondum statum & solemne illis hoc nomen, res tamen aderat, per quam Patriarchæ nominarentur, nomina enim sunt tanquam rerum notæ & rem non inuita sequuutur, non præcedunt. Basilius lib. 2. contra Eunomium, οὐ γὰρ τοῖς ὀνόμασι ἡ τῶν πραγμάτων φύσις ἀκολουθεῖ ἀλλ' ὕστερα τῶν πραγμάτων εὕρηται τὰ ὀνόματα, id est, *Nec enim natura rerum, nomina sequitur, sed posteriora rebus nomina inuenta sunt.* Et Dio Chrysostomus oratione ad Nicomedienses 38. οὐ γάρ τὰ ὀνόματα πίστις τῶν πραγμάτων ἐστὶ· τὰ δὲ πράγματα καὶ τῶν ὀνομάτων. Id est, *Neque enim nomina fidem adferunt rebus, sed res nominibus.* Et paulo ante dixerat, *nomina sola vim rerũ non obtinere, quæcunque autem vere talia sunt sic etiam necessario, nominari.* Et in diuinis pater est ingenitus & filius consubstantialis, & tamen nomen ingeniti & consubstantialis in scripturis non reperitur, teste Basilio & Athanasio.

CAPVT IX.

Quod res fuerit ex qua Patriarchæ nominari possent, etiam tempore, Apostolorom probatur ex epistola Pauli ad Titum. Paulus reliquit Titum Cretæ, vt Episcopos per ciuitates ordinaret, hic sunt tres ordines, seu gradus ordinationum, primus est Episcoporum ordinatorum à Tito, & ei subiectorum: secundus est Titi ordinantis eos, & habentis potestatem in illos qui est ordo Archiepiscoporum; tertius est Pauli ordinantis Titum Archiepiscopum, qui est ordo Pri-

CAPVT IX.

matum & Patriarcharum; nam vt in generationibus qui generat filium fit pater, tum si filius eius generet alium fit auus, sique nepos alium generet fit proauus, & sic de aliis, ita in successione ordinationum Ecclesiæ, similis graduum series repetitur. Et quemadmodum etiam in illis generationibus corporalibus, reperta sunt nomina patris, aui, proaui, abaui, tritaui, ataui, ad tollendam confusionem; nisi enim inuenta fuissent illa nomina, dicendum fuisset pro auo, pater patris mei, pro proauo, pater patris patris mei, pro abauo pater patris patris, patris mei, quæ loquentem, & audientem valde perturbarēt: ita in successionibus spiritualibus ordinationum, pro diuersitate earum adhibita sunt nomina diuersa, & nisi adhibita fuissēt, similis confusio extitisset, dicendum enim esset pro Archiepiscopo, Episcopus Episcopi mei, pro Primate Episcopus, Episcopi, Episcopi, mei, & pro Patriarcha Episcopus Episcopi, Episcopi, Episcopi mei. Necesse ergo fuit in successionibus diuersarum ordinationum, vt in gradibus generationum diuersa ponere nomina, & elegantes & ingenui in ea re fuerunt Alexandrini, qui cum vnum tantum haberent Episcopum, illum vocabant patrem, & creatis ac ordinatis ab eo aliis Episcopis, cœperunt illum appellare auum, non patrem, vt refert Eutychius Patriarcha Alexandrinus in originibus Ecclesiæ suæ à Seldeno doctissimo Latine editis, & notis illustratis. Idem vero quod diximus de Tito, dicendum est de Timotheo, is enim fuit totius gentis Asiæ Episcopus, vnde sequitur illum habuisse sub se alios Episcopos, & ita non fuisse tantum Episcopum, sed superepiscopum sufficit ergo rem ante fuisse, etsi deficeret nomen quomodo Optatus lib. 3. obiicit Donato, ipsum se Deum voluisse haberi; cum multa faceret aut pateretur quæ ad Deum pertinent, licet non diceret se Deum esse, *ideo*, inquit, *quia quamuis non est vsus hac voce (Deus sum) tamen aut fecit aut passus est, quod defectum huius vocis im-*

pleret. Et qui rem habet, potest & nomen habere, non contra, nam vt ait S. Athanas. contra Maced. dialog. 1. οὐ γὰρ ἡ κοινότης τῶν λέξεων κοινοποιεῖ ταῖς φύσεις, id est, *neque enim communio nominum, communionem inducit naturarum*, vt ostensum est supra de Presbyteris qui dicebantur, & non erant Episcopi; & patet in homonymis. CAPVT IX.

Illa vero diuisio Episcoporum in Archiepiscopos, Primates, & Patriarchas non fit ratione ordinis, sed ratione officij, & iurisdictionis, vnum enim est tantum Episcopale Sacerdotium, & magis distat in gradu & ordine Presbyter à Diacono, quàm Episcopus à Patriarcha. Isidor. lib. 7. Origin. cap. 12. *Ordo*, inquit, *Episcoporum quadripartitus est, id est, in Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitanis, & Episcopis*: & deinceps, *Omnes autem superius designati ordines, vno eodemque vocabulo Episcopi nominantur, sed ideo priuato nomine quidam vtuntur, propter distinctionem potestatum quam singulariter acceperunt.* Nam Episcopi sunt instituti à Christo, primates, patriarchæ, & Archiepiscopi ab Ecclesiæ canonibus. Nicolaus Papa Radulpho Bituric. *Primates*, inquit, *vel Patriarchas nihil habere priuilegij præ cæteris Episcopis, nisi quantum sacri canones concedunt, & prisca consuetudo illis antiquitus contulit, definimus*, & refertur ab Iuone epist. 83. & 236. Et Innocentius 3. in cap. 9. extra de officio iudicis ordinarij idem ostendit.

Et Theodoretus siue alius quis in collectione canonum nondum edita, in titulo de Patriarchis, & in titulo de Metropolitanis, titulus enim de Patriarchis habet hanc inscriptionem, περὶ τῆς ὁρισθείσης τοῖς πατριάρχαις ἐκ τῶν κανόνων τιμῆς, id est, *de statuto Patriarchis à canonibus honore*: Et titulus 2. de Metropolitanis sic habet, περὶ τῆς ὁρισθείσης τοῖς μητροπολίταις ἐκ τῶν κανόνων τιμῆς. id est, *de statuto Metropolitanis, à canonibus honore.* Nam titulus de Episcopis, non ita conceptus est, nec dicitur de his, quod habeant sibi constitutum à canonibus honorem, vt dicitur de Patriarchis & de Metropoli-

CAPVT IX.

tanis. Et ideo Gregor. Nyssen. ep. ad Flauianum dicebat, se parem esse alteri Episcopo, *quid si à Sacerdotio dignitas æstimanda venit, par & idem à Synodo concessum vtrique priuilegium est, vel potius cura emendationis publicæ, idque in eo quod iure pari esse iussi sumus.* Sciendum ergo est, aliud esse officia Ecclesiastica, aliud ordines & gradus proprie sumptos, vt docet Balsamo in supplemento can. 17 Apostolorum, *dicimus ergo quod Ecclesiastica officia abusiue gradus vocantur, est enim proprie gradus Sacerdotum, Diaconorum, Subdiaconorum, & Lectorum; officia autem sunt honores, & victus subministrationes.*

CAPVT X.

SEd aduersarij vrgent occupato loco communi, & dicunt illa augmenta titulorum, augere etiam superbiam Episcoporum: quibus breuiter respondetur illud Athanasij epist. ad Dracontium fugiëtem Episcopatum, *μὴ λέγε μηδὲ πείθου τοῖς λέγουσιν ἁμαρτίας εἶναι πρόφασιν τὴν ἐπισκοπὴν, μηδὲ ὅτι ἐκ ταύτης ἀφορμὴ τοῦ ἁμαρτάνειν ἐστίν*, & illud Optati lib. 2. *Ecclesia vna est, cuius sanctitas de Sacramentis colligitur, non de superbia personarum.* Verum enim est titulos illarum dignitatum neminem fecisse nocentem, ac nequidem illos, etsi in malos inciderint, esse malos, Cathedra enim fastum non docet, sed humilitatem, vt diximus supra ex B. Chrysostomo epist. 2. ad Corinth. cap. 8. hoc vero facinus esse priuatorum hominum, quod sine calumnia imponi non potest his titulis, per se honestis, & laboriosis, sine quibus posset aliquis similiter cadere, similiter peccare, nam nondum inuentis illis nominibus Patriarcharum, & Primatum æque inuehebatur B. Paulus in epist. 1. ad Corinth. cap. 4. in eos, qui ob ministerium inflantur. Ambitus enim vbique viam inuenit, etiam in foraminibus laceræ & pannosæ vestis, & vt exeat caprificus, ambitioso satis amplus est campus, transitus à Diaconatu ad Presbyteratum, &

à Presbyteratu ad Episcopatum, vt docet Origenes in Matthæum cap. 22. tractatu 22. Quare etsi illis titulis abutantur aliqui, non tamen est æquum illud haberi malũ, quo bene alij vti possunt, alioquin, vt ait Quintilianus lib. 2. cap. 16. *Nec duces erunt vtiles, nec Magistratus, nec Medicina, nec ipsa denique sapientia, nam & Dux Flaminius, Gracchi, Saturnini, Glauciæ Magistratus, & in Medicis venena, & in iis, qui Philosophorum nomine male vtuntur, grauissima nonnunquam flagitia deprehensa sunt, cibos aspernemur, attulerunt sæpe valetudinis causas, nunquam tecta subeamus, super habitantes aliquando procumbunt, non fabricetur militi gladius, potest vti eodem ferro latro.* CAPVT X.


Denique dicemus quod dicebant veteres Christiani Gentilibus cum apud eos Christiani nomen criminis loco obijceretur, nominis sane appellatione, *neque bonum quidquam, neque malum sine operibus sub nomen cadentibus iudicari, & ex nomine ipso solo, neque laudem cuiquam neque pœnam recte deberi*, vt Iustinus Apologia 2.

Denique cum Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromat. asserat in Ecclesia progressiones Episcoporum, Presbyterorum & Diaconorum esse imitationes gloriæ Angelicæ. Et S. Maximus de Cœlesti Hierarchia cap. 8. σημείωσαι, ὅτι μίμημα τῆς ἄνω μυστικῆς ἱεραρχίας, τὰ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ γινόμενα σήμερον, id est, *Nota quod quæ hodie fiunt in Ecclesia, sunt imitationes supernæ mysticæ Hierarchiæ*; Et Angeli aliqui, non solum vni loco aut ciuitati præsint, sed etiam toti alicui genti, soli Patriarchæ, non Episcopi poterunt illis esse similes, vt recte obseruat vir omni dignitate, & eruditione conspicuus, Hugo Grotius in epist. ad Coloss. cap. 1. ad illa verba εἴτε θρόνοι, *Tales*, inquit, *sunt illi in Daniele, qui regnis totis præsident Chaldæorum, Persarum, Græcorum; his respondent in Ecclesia Patriarchæ quorum sedes throni eximie dicti.* Quod vero aliqui Angeli integris gentibus præpositi essent, id probat Theodoretus ex scriptura,

CAPVT X.

scilicet ex Moyse in Cantico Deuteron. 32. Et ex Daniele cap. 10. in quæstionibus in Genesin, interrogatione 3. *Quin etiam*, inquit, *vnicuique genti, Angelum præesse affirmat scriptura, qui enim cum Daniele propheta colloquitur Angelus & Principem Persarum nominat, & Principem Græcorum, & Michaelem Principem Iudæorum, & Magnus Moyses in Cantico, dicit quando diuidebat Altissimus gentes, quando separabat filios Adam, statuit terminos gentium pro numero Angelorum Dei.* Et Danielis cap. 10. dicamus ergo recte constitutos fuisse Patriarchas quasi figuram & ἀντίτυπον illorum Angelorum qui toti alicui genti præsidebant. Quod si non solum in Angelis est ordo quidam positus superiorum & inferiorum, & in omni politica & mũdana administratione, & in corpore quoq; nostro, ἵνα μὴ ᾖ σχίσμα ἐν τῷ σώματι, i. *vt non sit schisma in corpore*, vt loquitur Paulus in ep. 1. ad Corinth. cap. 12. Et denique ordo cœlestia & terrestria continet, quanto magis in Ecclesia ordo necessarius est, vt ostendit etiam Paulus epist. ad Ephes. dicens, & spiritus Prophetarum subijci Prophetis.

FINIS.



NOTÆ ET OBSERVATIONES *ad quędam singula, quæ sparsim occurrebant in Tractatu Claud. Salmasij de Primatu Papæ.*



CVm summa libri de Primatu Papæ ad tres præcipuas quæstiones referatur, quas Author eius prolixe tractat, & nos cogente veritate, tribus etiam libellis, ei responderimus, & deinceps viderimus illum in his data occasione loquendi sparsisse multa alia minime probanda, quædam ex his eligenda putauimus, & notas apposuimus, ne silentio nostro, eius opinionibus fauere videremur; multa vero alia sunt his simillima.

Pag. 94. ait periodeutas qui successerunt Chorepiscopis non ita vocari, quod circitores essent in vno quippe loco mansisse, sed ita dictos quasi curatores, vt Medici periodeutæ: sed hoc est πλαςὸν glossæ περιοδευτὴς circitor, lustrator & περιοδεύω obambulo, circumeo, & Zonaras ita accipit in Can. 57 Synodi Laodicenæ, aitque eos nec locum, nec Cathedram habere περιοδευταὶ δὲ λέγονται διὸ τὸ περιέρχεσθαι, καὶ κρατύνειν τοὺς πιστοὺς, μὴ ἔχοντες καθέδρας οἰκείας, id est, *periodeutæ vero dicuntur, quod circumeant, & perficiunt fideles, nec habeant propriam Cathedram.* Et Epitome Hygini de hæresibus, cap. 22. de hæresi Apellitarum, *hos*, inquit, *Origenes ita perfecte superauit, vt eorum causa periodeutes fieret, & per singulas quasque vrbes per Orientem eundo prædicaret*. Et Medici dicti περιοδευταὶ, id est, *circulatores* in l.6. D. de excusationibus; nec dicuntur curatores morborum, quia sunt periodeutæ, circulatores, sed quia sunt Medici, & dicuntur periodeutæ quia sunt circulatores, ad differentiam eorum, qui in vrbe & vmbra Medicinam exercent: & erant quoque sophi-

stæ circulatores de quibus Seneca epist. 29. *hos mihi circulatores qui philosophiam honestius neglexissent, quam vendunt, in faciem ingeret*, & lib. 6. de Beneficijs cap 11. Et epist. 88. *Appion*, inquit, *qui sub C. Cæsare, tota circulatus est Græcia*. Vnde aliqui verba illa legis 6. de excusationibus. Referunt non tantum ad Medicos, sed ad Grammaticos, Rhetores & Sophistas. Pagina vero 10. lib. de primatu, mutat sententiam in peius, nam cum dixisset p. 94. periodeutas successisse Chorepiscopis, hic dicit fuisse Chorepiscopos, quod primum manifeste pugnat cum dicto Can. 57. & cum lege 42. Cod. de Episcopis & Clericis, qua abutitur, nam in §. 9. & duobus locis distinguntur periodeutæ à Chorepiscopis, vnus est in principio, *Præterea sancimus, quemadmodum & diuinis canonibus definitum est ne quis Episcopus, aut visitator, seu circuitor, aut Presbyter, &c. per largitionem ordinetur*. Et in fine, *Si vero æconomus, vel Ecclesiæ ecdicus, siue defensor, vel Chorepiscopus, vel periodeutes, id est, visitator*, ita enim legendum, & transponendum illud, id est, post periodeuta, in quo voluit falli vir eruditus, & apud Meursium in glossario, perpetuo separatur periodeuta à Chorepiscopo: vt vero fulciat illam sententiam, pag. 164 lib. de Primatu, fumum fugiens in flammam incidit, ait enim, Chorepiscopum non fuisse τῆς χώρας Episcopum, sed τῶν χώρων, idque probare conatur non tantum frigide sed, &c. ex can. 10. Synodi Antiochenæ, vbi vocat Chorepiscopos, τοὺς ἐν ταῖς κώμαις, ἢ ταῖς χώραις. Et hic non videt rutilante sole agi de Chorepiscopis in genere sicut cum dicitur Episcopos constitui debere in vrbibus maioribus; non intelligitur, vt vnus in pluribus, vel plures in vna vrbe Episcopi collocentur, sed Canon est generalis qui ad omnes Episcopos pertinet.

Pag 88. verũ non est quod ait per illa verba quæ sunt in Synodica Nicæna, præter voluntatem Episcoporum Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ qui Alexan-

dro ſubſunt, intelligi Presbyteros, nam tunc in Ægypto multi erant Epiſcopi, ſed ille ita de rebus argumentatur.

Pag. 177. corrigit Can. 19. Synodi Nicænæ, appoſita ſyllaba, εἰ, ἐπεὶ οἱ μηδὲ, &c. tum ſibi plaudit pleno ore, & ait ſe *vnica ſyllaba addita quæ perijt ex ſimilitudine præcedentis veram loco lectionem reddidiſſe, & germanum ſenſum inueniſſe, quem nemo hactenus vidit, neque veterum, neque recentium interpretũ*, ſed deforme eſt glorioſe peccare, & nemo inuidebit ipſum ſolũ hunc ſenſum vidiſſe, niſi quem error delectet, erranti ergo viam monſtremus, ſenſum vero qui erat ad manum, ille tranſuolauit, erroris cauſa fuit quod in dicto Can. 19. dicatur diaconiſſas nullam habere manuum impoſitionem, Can. vero 14. Synodi Chalcedonenſis, habere, ſed dicendum in dicto Can. 19. non agi generaliter de diaconiſſis, ſed de diaconiſſis Paulianiſtarum, quæ licet ordinatæ fuiſſent ab illis: Nam τὸ ἐξετάζεσθαι ἐν τῷ σχήματι, eſt vere ordinatas eſſe & miniſtrare in Eccleſia, vt cum Nouella 6. cap. 8. dicitur ſinere in ſchemate Clericos in quo ſunt, & cap. 7. & l. 3 §. 4. Cod. de ſumma Trinit. licet aliquando dicatur ἐπίπλαστον σχῆμα, vt in Canone 12. Synodi Nicænæ, & Nouella 133. cap. 3. illæ tamen diaconiſſæ, vt pote ordinatæ à Paulianiſtis, nullam ordinationem acceperant, & erant iterum ordinandæ, vt in eodem Canone dicitur de omnibus Clericis qui erant ordinati à Paulianiſtis. Et hic ſenſus non eſt occultus & reconditus, ſed prodit obuiam vnicuique, non fugitanti canonis intelligentiam.

Pag. 181. blaſphemat in Spiritum ſanctum, de qua re egimus ſupra.

Pag. 190. & ſequentibus, poſtquam accuſauit Eccleſiam Romanam multarum rerum innouatarum in Eccleſia, quæ non pertinent ad fidem, ſed ad œconomiam diſciplinę de qua re poterat videre Socratem, & Nicephorum Calliſtum, ſumit exemplum à

Cœna Domini, & cum dolore ac furore ait Sacramentum cœnæ Dominicæ dari ieiunis, & non ſaturis, ante prandium non poſt cœnam, & hoc tribuit Eccleſiæ Romanæ non recte, & tribuendum erat Eccleſiæ vniuerſæ Græcæ & Latinæ, hoc noluit ille ſcire, & diſſimulauit, amat enim videri aliquando indoctus, vt hoſtis Eccleſiæ Romanæ credatur, ſed qui fidens eſt in falſis hic paſcit ventos.

Audiamus ea de re S. Auguſtinum libro reſponſionum ad Ianuarium epiſt. 118. & refertur Can. 57. diſt. 2 de conſecratione. *Liquido apparet quando primo acceperunt Diſcipuli Corpus & Sanguinem Domini non eos accepiſſe ieiunos, nunquid tamen propterea calumniandum eſt vniuerſæ Eccleſiæ, quod à ieiunis ſemper accipiunt, ex hoc enim placuit Spiritui ſancto, vt in honorem tanti Sacramenti, in os Chriſtiani prius Dominicum corpus intraret, quam cæteri cibi, nam ideo per vniuerſum orbem mos iſte ſeruatur, neque enim quia poſt cibos dedit Dominus, propterea pranſi, aut cænati fratres ad illud Sacramentum accipiendum conuenire debent, aut ſicut faciebant quos Apoſtolus arguit & emendat menſis ſuis iſta miſcere, namque Saluator quo vehementius commendaret myſterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordibus, & memoriæ diſcipulorum à quibus ad paſſionem digreſſurus erat, & ideo non præcepit, quo deinceps ordine ſumeretur, vt Apoſtolis per quos Eccleſias diſpoſiturus erat ſeruaret hunc locum, nam ſi hoc ille monuiſſet, vt poſt alios cibos ſemper acciperetur, credo quod eum morem nemo mutaſſet*, &c. Vbi paulo poſt ait hoc ab ipſo Apoſtolo Paulo videri ordinatum. Et Gregor. Nazianz. Oratione 40. idem dicit, & oſtendit multa feciſſe Chriſtum, quæ non eodem modo, vel ordine facit Eccleſia, vt eſt inter alia communio corporis eius quæ poſt cœnam inſtituta ſit ante cœnam. *Tibi autem*, inquit, *quid neceſſe eſt, vt dum exempla, quæ te ſublimiora ſunt, ſequeris malum conſilium capias, præſertim cum per multa quoque alia ex iis quæ tum ab eo* (*loquitur de Chriſto*) *geſta eſſe hiſtoriæ proditum eſt à noſtro ritu diſcrepare, ac*

tempore dissidere constet, verbi causa Christus paulò ante tentationem ieiunauit, nos ante Pascha; ieiunium vnum idemque est, at vtriusque temporis non parua est differentia, ille enim ieiunium aduersus tentationum impetus obijcit, nobis autem hinc significatur cum Christo emoriendum esse, ac profecto cuiusdam purgationis vice est huiusmodi inedia, iam ille totos quadraginta dies à cibo abstinuit, vt pote Deus, nos autem ad virium nostrarum modulum, ieiunium attemperauimus, etiamsi quidam zelo impulsi, vltra virium facultatem ieiunando prosiliant. Ad hæc ille Paschatis mysterium Discipulis in cœnaculo tradit, & à cœna, & vnico ante passionem die, nos in templis & ante cœnam, & post resurrectionem, &c. πάλιν μυσταγωγεῖ τὸ πάσχα τοὺς μαθητὰς ἐν ὑπερῴῳ, καὶ μετὰ δεῖπνον, καὶ πρὸ μιᾶς τοῦ παθεῖν ἡμέρας, ἡμεῖς ἐν προσευχῆς οἴκοις καὶ πρὸ τοῦ δείπνου.

Et B. Chrysostomus accusatus, quod post cœnam, communionem corporis Christi impertiret, ita respondet epistola 125. *Multa*, inquit, *aduersum me struxerunt, aiuntque me post epulas quibusdam communionem impertiisse, hoc si feci de Episcoporum libro nomen meum expungatur, nec in orthodoxæ fidei volumine scribatur, quoniam ecce si quidquam eiusmodi perpetraui, Christus è regno suo me abijciat.* πολλὰ κατ' ἐμοῦ ἐσκευάσαντο, καὶ λέγουσιν, ὅτι τινὰς ἐκοινώνησα, μετὰ τὸ φαγεῖν αὐτοὺς, καὶ εἰ μὲν τοῦτο ἐποίησα, ἐξαλειφθείη τὸ ὄνομα μου ἐκ τῆς βίβλου τῶν ἐπισκόπων καὶ μὴ γραφείη ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, ὅτι ἰδοὺ ἐὰν τοιοῦτο ἐγὼ ἔπραξα καὶ ἀποβαλεῖ με Χριστὸς ἐκ τῆς βασιλείας αὐτοῦ.

Et in Synodo Carthaginensi anno 397. can. 44. definitur, *Vt sancta sacrificia, nonnisi à sobrijs hominibus peragantur, excepto vno die anni in quo Dominica cœna peragitur.* Et Patres Trullani, ne quidem quintam feriam excipiendam esse statuerunt, Can. 29. & ieiunium illud non soluitur nisi circa mediam magni Sabbati noctem. Can. 89. eiusdem Concilij Trullani, apud Zonaram, vbi recte interpres ἀπονηστίζεσθαι vertit ieiunium soluere, quod & reponēdum apud Balsamon.

in Can.90. pro ἀπονηστίζεσθαι, & corrigendus Heruetus, qui vertit ieiunare pro ieiunium soluere. Et notandum ex Can.51. eiusdem Synodi Carthaginensis, illam constitutionem, vt sancta à ieiunis offerantur, non esse constitutionem ipsorum Carthaginensium, sed Concilij Nicæni, περὶ τῆς πίστεως γὰρ τοῦ ἐν Νικαίᾳ πρακτάτου ἠκούσαμεν, ἀληθές ἐστιν περὶ τῶν γινομένων μετὰ τὸ ἄριστον ἁγίων, ἵνα ἀπὸ νηστικῶν, ὡς ἐστὶν ἄξιον, προσφέρονται, καὶ τότε ἐβεβαιώθη, id est, *de fide enim Nicæni tractatus audiuimus, verum enim est de sanctis quæ fiunt post prandium, vt à ieiunis, vt par est offerantur, & tunc confirmatum est.* Nam licet hoc non reperiatur in canonibus Nicænis, vt obseruant Zonaras & Balsamo, reperiebatur tamen in tractatibus, vt testantur patres Carthag. in dicto Can. 51. quomodo etiam S. Ambrosius epist. ad Vercellensem Episc. ait constitutionẽ de digamis non ordinandis, contineri in tractatibus Nicænæ Synodi. *Sed prius*, inquit, *cognoscamus non solum hoc Apostolũ de Episcopo & Presbytero statuisse, sed etiam patres in Concilio Nicæno, tractatus addidisse, neque clericum quemquam debere esse, qui secunda coniugia sortitus sit.* Per tractatum, intelligitur à Balsamone ἡ δοκιμασία, id est, vt explicant glossæ veteres, *approbatio, examinatio, probatio, taxatio, æstimatio*, & à Zonara σκοπὸς βούλευμα, quod in illis tractatibus tractarentur, proponerentur & examinarentur quæstiones, vnde in glossis basilicωn πραϊτάσαι est σκοπῆσαι, ἐξετάσαι. Egoque existimo tractatus illos fuisse διατυπώσεις in illis enim apud Gelasium proponuntur certæ quæstiones, & examinantur atque soluuntur. Et ideo Iustinianus Nouella 28. in præfatione voluit coniungere verbum Græcum cum Latino, dicens tractatorem διατυπώσιν. Et quædam fuisse διατυπωθέντα in Concilio Nicæno dicitur in Basilicis tit 1. lib.4. de summa Trinitate. *Quod*, inquit, *is qui publice contendit de fide, iniuriam facit reuerendissimæ Synodo si quis semel ab ipsa indicata κεκριμένα, & recte disposita*, ὀρθῶς διατυπωθέντα *reuoluere contenderit.* Sed vt

hæc melius intelligantur, breuiter agendum est de diatyposibus conciliorum.

Diatyposes in nostris libris sunt formæ, dispositiones, seu ordinationes, quæ ad causas & quæstiones propositas in Synodo, de rebus vel personis Ecclesiasticis de consilio Episcoporum adhibitæ sunt siue illæ quæstiones ad fidem, siue ad disciplinam & mores pertineant.

Sunt constitutiones nam in veteribus glossis, διατυπῶ est constituo, & διατύπωσις constitutio, & apud Hesychium, διατυποῦται, διαπήγεται, διαπλάττεται. Atque Socrates lib. 1. c 6. constitutionem de Paschate vocat διατύπωσιν. Ait que *diem paschatis, vnum & certum vbique esse debere, & redigendum* πρὸς μίαν διατύπωσιν, id est, *ad vnam constitutionis formam*. Et Gelasius Cyzicenus in principio libri primi appellat quoque constitutiones Constantini diatyposes Apostolicas.

Et quemadmodum diatyposis apud rethores est descriptio vel deformatio, cum rebus personisque subiectis formas ipsas, & habitus attribuimus & exprimimus, vt ait Papias, & Martianus Capella, & Aquila Romanus de figuris sententiarum, quod confirmatur ex Vlpiano in orat. de falsa legatione, διατύπωσις, inquit, ἐστὶ τὸ σχῆμα ὅταν ὥσπερ διατυποῖ, καὶ εἰς ὄψιν ἄγῃ τὰ πράγματα διὰ τῶν λόγων, id est, *diatyposis est figura, cum veiut effingit, & ob oculos ponit res oratione*, ita quoq; apud Iurisconsultos, est constitutio, quæ modum & formam negotiis propositis attribuit Suidas in voce διατυπῶν. διατυπῶν, inquit, διατιθέμενος ἐπὶ τὸ βέλτιον, καὶ διατυπῶν τὸ ἀτύπωτον, καὶ μετάγων πρὸς εὐσχημοσύνην τὸ ἄτακτον, id est. διατυπῶν, *est in melius disponens & informans, & id quod est informe, & id quod ordine caret ad decentem ordinem reducens*, & διατυπῶσαι est formare imaginem Iul. Pollux lib. 1. cap. 1. Et Euseb. lib. 3. de vita Constantini, cap. 3. ταῦτα διετύπου.

Sunt vero diatyposes in nostris libris Constitutiones Ecclesiasticæ, libro 8. Constitut. Apostolicarum

cap.3. *νυνὶ δ' ἐπὶ τὸ κορυφαιότατον τῆς ἐκκλησιαστικῆς διατυπώσεως ὁ λόγος ἡμᾶς ἐπείγει*, id eſt, *nunc vero ad id quod ſummum & Eccleſiaſticæ conſtitutionis feſtinat oratio.* Et Gelaz. Cyzicenus lib 2. c. 29. & 30. & lib. 1. in principio. Et Euſeb. lib. 5. cap. 22 *Omnes*, ait, *vna ſententia per epiſtolas dogma Eccleſiaſticum ad omnes Eccleſias διετύπουντο.* Et cap. 23. Polycrates ait in epiſtola ad Victorem & Eccleſiam Romanam διετυπώσατο. Et Socrates lib. 1. cap. 6. ſupra citato, & in Synodo Carthaginenſi Can. 2. apud Balſamonem patres vocant conſtitutionem de fide Trinitatis διατύπωσιν, quam ſeruandam eſſe tanquam canonem firmum & certum, ait idem Balſamo.

Porro diatypoſes fiebant ad quæſtiones propoſitas in Synodo, nam multæ quæſtiones fiebant in Conciliis, vt nominatim dicitur in Can. 1. Synodi Carthaginenſis apud Balſamon. & in epiſtola Synodi Nicænę, ad Eccleſiam Alexandrinam, in qua patres dicunt ſe ſcribere quæ ἐκινήθη, καὶ ἐξητάσθη, & quæ ἐκρατύνθη, id eſt, *quæ mota & quæſita & definita ſunt.* Et Euſebius lib. 5. cap. 20. & Socrat. lib. 1. cap. 6 & Epiphan. hæreſi 70. vocant quæſtionem de paſchate ζήτησιν, & ζήτημα.

Atque illæ quæſtiones fiebant tam de perſonis, quam de rebus Eccleſiaſticis, vt patet ex diatypoſibus Gelaſij, quarum 1. 2. & 3. ſunt de perſonis alię vero 5. de rebus. Et Zonaras in Can. 1. Synodi Carthagin. teſtatur quod patres multa de Clericis ἐτύπωσαν. Et conſtitutio de paſchate dicitur diatypoſis à Socrate, loco antedicto.

Item in illis quæſtionibus agitantur tam quæ ad fidem quàm quæ ad Diſciplinam pertinent, quod manifeſtum fit ex ipſis diatypoſibus Gelaſij, quarum prima, 2. & 3. ad diſciplinam pertinent, ſexta & ſeptima ad fidem.

Et confirmatur ex lib. 8. Conſtit. cap. 3. vbi poſtquam ſibi author propoſuiſſet ſibi dicere de diatypo-
ſibus

sibus Ecclesiasticis, statim cap. 4. agit de iis quæ pertinent ad disciplinam tantum non ad fidem; & S Basil. epist. 1. per diatyposes intelligit disciplinam moralem ex diuina scriptura prouenientem; *Cum*, ait, *oportere ita se comparare, vt cor humanum aptum sit admittere constitutiones* διατυπώσεις *prouenientes ex diuina disciplina.* Et in moralibus Reg. 43. cap. 2 vocat Euangelium βίου διατυπώσεων. Denique in Can. 12. Synodi Sardicensis constitutio, qua definitur, vt Episcopi qui magnas habent possessiones in aliis regionibus, ad eos sine vllo impedimento proficiscantur ad fructus colligendos, & tribus Dominicis ibidem possint commorari, dicitur diatyposis.

Sed sciendum est diatyposes non esse tantum simplices constitutiones, sed insuper quæstionem quam soluunt pertractare, & ideo Gelasius in principio libri primi, coniunxit λεχθέντα τε καὶ πραχθέντα, καὶ διατυπωθέντα. Et deinceps dixit διατυπώσεων πραγματείαν. Nam πραγματεία est tractatus Hesych. πραγματεία σύγγραμμα βίβλου, ἢ λόγος. Et S. Dionysius ὡς ἐν τῇ περὶ νοητῶν τε καὶ αἰσθητῶν πραγματείᾳ σαφῶς διηγόρευται, id est, vt in libro seu tractatu de his quæ ratione intelliguntur, & quæ sub sensum cadunt plane dictum est, Pachymeres in præfatione vertit σύγγραμμα. Idem vero Dionysius vtitur sæpe ea voce in illa significatione, vt lib. de diuinis nominibus cap. 2. ὅσα τῆς παρούσης ἐστὶ πραγματείας. Et capite 3. διὰ πραγματεύσασθαι πάσας τὰς θεολογικὰς πραγματείας. Atque Isocrates suam orationem ad Demonicū appellauit πραγματείαν. Et Clem. Alexand. lib. 8 Strom. dixit τῶν φιλοσόφων πραγματείαν. Et Galenus lib. 2. ad Glaucum πραγματείαν ποιῆσαι, id est, *opus conscribere.* Pachymeres etiam in præfatione appellauit librum de diuinis nominibus, περὶ θείων ὀνομάτων πραγματείαν, id est, tractatum de diuinis nominibus, πραγματεία ergo doctrinam continet, Epiphanius hæresi 50. numero 3. & hæresi 70. Et S. Basil. lib. 1. aduersus Eunomiū, vbi dicit aliquos esse suapte

natura malos ſine vlla doctrina & inſtitutione διχα πιὸς πραγματείας αὐτομάτως. Et ideo idem Epiphanius, in epiſtola, ad Acacium, & Paulum coniunxit διδασκαλία, & πραγματείαν quaſi idem ſignificet. Nam διδασκαλία eſt quoque tractatus, & expoſitio dogmatum. Gregor. Nyſſen. epiſt. ad Petrum Sebaſtenum. Et in can. 6. ep. ad Letoium. Et Orat. 1. contra Eunomium. Et Baſil. de Spiritu ſancto cap. 1. λόγος διδασκαλίας ἀρχή. Et cap. 7. & huc ſane pertinet illud Gelaſij lib. 2. cap. 31 in eius inſcriptione, *de diatypoſibus Eccleſiaſticis* λόγος διδασκαλικός, nam ſtatim ſequuntur diatypoſes: Et Patres Synodi Carthaginenſis in dicto cap. 2. vocant conſtitutionem de fide Trinitatis, διατύπωσιν, & ſimul διδασκαλίαν. Et iam ante diximus per tractatus Nicænos in dicto Can. 51. Synodi Carthaginenſ. & in epiſt. Ambroſij ad Vercellenſem. Epiſcopum intelligi diatypoſeis; & ita etiam accipiendum eſt quod ait Euſebius lib. 7. cap. 2. de Dionyſij epiſtola ad Stephanum Papam, τούτῳ τὴν δὴ Στεφάνῳ πρώτην ὁ Διονύσιος τῶν περὶ βαπτίσματος ἐπιστολῶν διατυποῦται, id eſt, *ad hunc Stephanum primam epiſtolam de baptiſmate Dionyſius ſcripſit*, nam illud διατυποῦται, non eſt ſimpliciter ſcripſit, ſed ſcripſit tractans Materiam de Baptiſmo, qui poteſt etiam eſſe ſenſus canonis 30. Synod. Chalcedonenſ. in quo Epiſcopi Ægypti dicunt, hunc morem eſſe apud Ægyptios, vt nihil faciant παρὰ γνώμην καὶ διατύπωσιν τοῦ Ἀρχιεπισκόπου, id eſt, *quod non communicatum & tractatum ſit ab eis cum ſuo Archiepiſcopo*, ita enim explicanda ſunt illa verba. Et hic obſeruandum eſt, non fruſtra in Can. 12. Synodi Sardicenſis poſt quæſtionem propoſitam ab Oſio, & eius rationes allatas ab aliis Epiſcopis reſponderi ἀρέσκει καὶ αὕτη ἡ διατύπωσις. Ex illo enim canone colligi poteſt, multos alios canones Sardicenſes eiuſdem formæ & typi, eſſe potius diatypoſes quam canones, cum per modum conſtitutionis & tractatus proponantur, & idem dicerem de pluribus canonibus Synodorum Carthaginenſium.

Quare in conciliis præter canonem decreta multa alia constituta fuere, vt est decretum de paschate, quod in Concilio Nicæno dicitur factum, separatim à canonibus ab Epiphanio hæresi 69. & Can. 1. Synodi Antiochiæ, vbi dicitur, *decretum sanctæ Synodi Nicænæ de sancto paschatis die esse seruandum*, Zonaras enim & Balsamo obseruant hoc decretum in canonibus Nicænis non contineri, sed in Actis eius. Item decretum de communione Eucharistiæ danda ieiunis dicto Can. 51. Synodi Carthag. & de digamis non ordinādis in dictā epistola Ambrosij quò pertinet quod refert S. Hierony. in præfat. ad librum Iudith, Nicænam Synodum in numero sanctarum scripturarum hunc librum recensuisse. Et apud Theodorum lectorem lib. 1. separatur, κανόνων ἡ ἔκθεσις, ab his quæ Concilium Chalcedonense διετυπώθη δόγματά τι, καὶ πράγματα.

Differunt ergo diatyposes à canonibus forma magis quam materia quia vt dictum est diatyposes, sunt tractatus, & λόγοι διδασκαλικοί, Canones sunt tantum præcepta quæ non docēt, sed imperant, & strictim præcipiunt, & ideo Alphōsus Pisanus in Conc. Nicæno l. 3. ait, *in diatyposibus doctrinam potius quam præcepta cōtineri*; itē quia canones fieri possunt de rebus in quibus nulla potest excogitari difficultas, at diatyposes semper continent aliquam quæstionem & ζήτησιν, nam vbi nulla est difficultas, nihil quoque quærendum est, & ibi nulla est ζήτησις, vt ait S. Athanas. ep. ad Ammum, & confirmatur ex ipso Gelasio lib. 2. c. 30. vbi vocat diatyposes studio elaboratas. Sicut & πραγματεία πεποίηται apud Maximum in cap. 1. de diuinis nominibus.

Verum licet diatyposes in his differant à canonibus, non minus tamen earum decreta seruari debent quam decreta canonum. Can. 1. Synodi Antiochenæ, & Can. 2. Synodi Carthaginensis, vna cum Balsamone, vnde quædam diatyposes Concilij Nicæni, postea

ab aliis Conciliis, in canones relatæ ſunt, vt illa qua diciturapud Gelaſium non oportere laïcos in ſuggeſtum aſcendere, quæ continetur etiam in Can.15. Synodi Laodicœnæ.

Pag. 299. male putat laicam communionem Epiſcopi dici peregrinam, dicendum ergo quid ſit communio peregrina, de qua agitur in Concilio Illerdenſi cap.16. & Regenſi cap.3. & Agathenſi.

Et quidem peregrinum aliquid dici poteſt duobus modis, primo cum ipſi homines dicuntur peregrini, & aues peregrinæ, ſecundo aliquid eſt peregrinum quod alicui nec proprium eſt, nec naturale eſt nec conueniens.

Primo modo communio peregrinorum non poteſt dici communio peregrina, illi enim beneficio formatarum & communicatoriarum litterarum eandem habent nobiſcum communionem, vna eſt enim communio Eccleſiæ, & eſſe peregrinæ communionis idem eſſet plane, quod eſſe alienę communionis.

Secundo ergo tantummodo poterit dici communio peregrina, cum quis clericus talem communionem habet, quę ſit aliena à ſtatu ſuo, quomodo dicimus iudicia peregrina, non à ſuo iudice facta, & ita Suidas in ξενικοῖς, inquit, ἀντὶ τῦ ἀλλοτρίοις καὶ μὴ προσηκουσιν, id eſt, *peregrinis pro alienis & non conuenientibus.* Et Zetzes Chiliade 8.cap. 205. vocat pœnas quibus ſe ornauerat Gracculus peregrinus, ὀρνέων πάντων ξένοις πτεροῖς ἐφάνη, id eſt, *omnium auiũ peregrinis pennis apparuit.* Et Conſtantinus epiſt. ad Arium, ait ipſum aſſerendo Chriſtum eſſe tantum hominem illi tribuere peregrinam ξενὴν προσθήκην. Sic ergo communionem peregrinam dicere debemus cum quis clericus manens in clero communionem alienam habet à ſuo priore gradu & communicat in ordine vel loco ſibi alieno & peregrino, & ita Patres Concilij Regenſis cap 3 nos primi docuerunt ita accipiendam eſſe communionem peregrinam in referenda ſententia Canonis 8.

Nicænæ Synodi. In eo Can. 8. agitur de Nouatianis qui se καθαρούς. id est, puros nominabant, & statuitur, vt si ad Catholicam Ecclesiam redire cupiãt, recipiantur & impositis eis manibus maneant in clero, facta prius in scriptis professione fidei, & abiuratione dogmatum suorum, & ita demum recipiantur, vt si nullus in eorum locum dum erant in schismate, ordinatus sit Episcopus Catholicus, Nouatiani recipiant locum & gradum quem habebãt in Ecclesia & sede Episcopali. Si vero in eorum locum alius Episcopus Catholicus ordinatus sit, ille solus habeat Episcopi honorem, (nisi placeat illi etiam, concedere honorem Episcopi Nouatiano) si hoc illi non placeat ἐπινοήσει τόπον, ἢ χωρεπισκόπου, ἢ πρεσβυτέρου, ὑπὲρ τοῦ ἐν τῷ κλήρῳ ὅλως δοκεῖν εἶναι, ἵνα μὴ ἐν τῇ πόλει δύο ἐπίσκοποι ὦσιν, id est, *Si autem hoc illi non placeat, vel de Chorepiscopi vel de Presbyteri loco prouideat, vt esse omnino videatur in clero, & ne in ciuitate duo sint Episcopi*, quæ vltima verba caput 3. Synodi Regensis, ita exhibet, *liceat ei vnam parochiarum suarum Ecclesiam concedere, in qua aut Chorepiscopi nomine, aut peregrina vt aiunt, communione foueatur.* Peregrina ergo communio facit, vt Episcopus Nouatianus, non habeat communionem Episcopi, ne sint duo Episcopi in ciuitate & habeat communionem Chorepiscopi vel Presbyteri, ne videatur esse extra clerũ, quæ communio dicitur Episcopo peregrina, quia non conuenit ordini Episcopali; & manifeste probatur locum suum non retinere eos qui sunt in pœnitentia peregrina ex Can. 21. dist. 50. vbi definitur, *vt cum eos quibus communio peregrina est, pœnitentia correxerit, rescripti in matricula, gradum suum dignitatemque recipiant.* Et Patres Regenses non faciunt mentionem Presbyteri, quia generaliter in verbis illis, *aut communione peregrina*, continetur ea, quæ in Episcopo, Chorepiscopo, & Presbytero potest habere locum, quare ex sententia Synodi Regensis communio peregrina non potest esse laïca, sed est propria clericorum, at laïca

est communio clericorum quidem, sed depositorum. Atque etsi, orthodoxus Episcopus concederet Nouatiano vt in sua cathedra haberet honorem Episcopi, is tamen censeretur in ea peregrinus vel peregrinam habere communionem, ne duo essent Episcopi in eadem ciuitate dicto Can. 8. quibus proxime accedit quod ait S. Augustinus sermone 37. vbi vocat Episcopum peregrinum, Donatistam qui in eadem ciuitate cum Episcopo Catholico sedet, sed non occupat veram & Catholicam sedem, *Diximus*, ait, *posse in vna Ecclesia pacis causa esse fratres concordes, speciosa enim res est concordia fratrum; posse enim esse duos Episcopos diximus, vt ambo sedeant, ille in cathedra, ille vt peregrinus, ille in Cathedra Christiana, ille in hæretica quasi collega*, &c. Et hoc sensu accipiendus est peregrinus Episcopus in collatione 1. Carthagin. c. 16. scilicet de Donatista, non de quouis peregrino Episcopo, *Poterit*, ait, *vnusquisque nostrum honoris sibi socio copulato, vicissim sedere eminentius sicut peregrino Episcopo iuxta considente collega, hoc cum alternis basilicis conceditur, vterque ab alterutro honore præuenitur*, nam aliis peregrinis Episcopis, hoc non conceditur, vt vicissim sedeant eminentius, nec vt se honore mutuo præueniant.

Communio peregrina etiam videtur posse dici ea, quæ datur excommunicatis morientibus in Concilio Illerdensi Can. 16. *quod si quisquam post hæc, cuiuslibet ordinis (vt superius dictum est) clericus quacumque occasione de omni facultate quippiam probatus fuerit abstulisse, vel forsitan dolo aliquo suppressisse, reus sacrilegij prolixiori anathemate condemnetur, vt vix quoque peregrina ei communio concedatur*, nam in editione Garsiæ additur, *animæ, & vix quoque peregrina ei communio animæ concedatur*. Nam & Gregor. Nyss. epist. ad Letoium Can. 5 *vocat communionem Sacramentorum, quæ datur his qui excedunt, viaticum ad extremam illam & longam peregrinationem*; τὸ ἐφόδιον πρὸς τὴν ἐσχάτην ἐκείνην, καὶ μακρὰν ἀποδημίαν. Egoque aliquando ita conijciebam, sed hæc senten-

tia non pertinet ad communionem peregrinam de qua agitur in cap. 3. Synodi Regensis,& in Can. 2. Synodi Agathensis, qui refertur Can. Contumaces 21. dist. 50. & hæc communio, est locus pœnitentiæ Clericorum, quando loco suo moti, inferiorem locum receperunt; dicitur enim in dicto Can. 21. *Vt cum, eos quibus communio peregrina tributa est, pœnitentia correxerit, rescripti in matricula, gradum suum dignitatemque recipiant.* Nec communio facta intra cancellos; est propria communionis peregrinæ, cum Episcopi in communione peregrina positi, Chorepiscoporum vel Presbyterorum, habeant eandem communionem quam habent veri Chorepiscopi & Presbyteri, & regant Ecclesias parochiales dicto cap. 3. Synodi Regensis. Et aliter differt communio peregrina à communione laïca, illa enim est manentium in Clero, hæc vero depositorum Clericorum.

Passim vero ex centesimo lapide, ille nobis præfinit potestatem præfecti vrbi & summi Pontificis, ita vt nec ex illo quo vtrumque astringit, aliquid laxari velit & nititur verbis Ruffini, contra eius mentem & contra sententiam Concili Nicæni. Ego vero breuiter & obiter ostendam, & ipsum P.V pãgere fines vltra centesimum lapidem, & Patriarcham Romanum non debere Italia exterminari, sed fusius latiusque se extẽdere. In primis ergo admonendi sumus circa Romam fuisse quasdam regiones finitimas quæ olim pertinebant ad Italiam, sed post diuisionem Augusti distinctas fuisse ab Italia, & Italiam tunc initium habuisse post centesimũ; & ex Dione lib. 52. & l. 2. Cod. Theodos. de integri restitutione in qua ponitur differentia inter eos, qui sunt in centesimo miliario & eos qui sunt in Italia, & denique eos qui sunt in Prouinciis. Et illæ regiones quæ erant in hoc centesimo lapide dicebantur, vrbicariæ & suburbicariæ, vt notum est ex Cod. Theodos. variis in locis, & Nouella 2. de tironibus & ex notitia imperij occidentis illæque eo-

dem iure censebantur quo ipsa Roma, erant enim sub potestate P. V. æque ac ipsa vrbs l. 1. D. de offic. P.V. & dicta l. 2. Cod. Theod. de integ. restit. deinde quia erant immunes à præstationibus annonariis sicut ipsa Roma, ex eodem Dione loco citato, exceptis illis quæ partim erant suburbicariæ, & partim annonariæ, vt Thuscia & Picenum.

Sed difficultas est an potestas P. V. intra centesimum tantum exerceretur, ita vt extra nullam potestatem haberet, & ita definitur in l. 1. § 4. D. de officio P. V. Verum ego existimo duplicem potestatem considerari posse in Præfecto vrbi, vnam ratione magistratus sui, & ex propria iurisdictione, alteram vero ex legibus & constitutionibus, vt ex epistola D. Seueri ad Fabium Cilonem P.V. lege 1. de offic. P. V. qua potestate sibi vendicabat, non tantum ea crimina quæ intra vrbem & suburbicarias admittebantur, verum ea quoque extra vrbem intra Italiam l. 1. in principio, & §. 13 vbi dicitur P. V. posse relegare ab Italia, *Etsi*, inquit, *quem releget ab Italia submouere eum à Prouincia sua*. Et confirmatur ex l. 6. & 7. D. de relegatis, nam in l. 7. §. 1. præsides damnare non possunt, in eam insulam quam in ea Prouincia, cui præsunt, non habent, damnare, id est relegare, quia præsides deportare non possunt etiam in insulam quam sub se habent, seu quam habent in Prouincia quam administrant. At P. V. potest deportare in insulam ex Constitutione eiusdem D. Seueri dicta l. 6. D. de relegatis § 1. & l. 2. D. de pœnis.

Et licet ius non sit præsidi relegare in ea loca quæ ad eius administrationem non pertinent l. 7. D. de interdictis & relegatis, tamen P. V. illud ius habuit l. 6. § 1. D. eodem & l. 2. D. de pœnis. Et cum interpretes non obseruassent hanc distinctionem, nunquam intelligere potuerunt l. 1. in principio, & d. §. 4. In tantum vt aliqui Italiam pro suburbicariis acceperint, quæ durior est acceptio, vt ait Maranus Maximus Iurisconsultus,

cõsultus, & præceptor noster, qui tamen substitit, nec dixit, quæ possit esse sententia eorum verborum : quæ cum ita sint non potuit vir doctissimus simpliciter & sine distinctione coercere potestatem P. V. ad suburbicarias, cum ex Constitutionibus ea vlterius processerit.

Veniamus nunc ad Romanum Episcopum, & ad Patriarchalem eius potestatem, agamusque de Ecclesijs suburbicarijs, vt eas appellat Ruffinus, in translatione Canonis 6. Nicænæ Synodi. Canon ita habet, *Antiqui mores seruentur qui iam inualuerunt in Ægypto, in Lybia, & Pentapoli, vt Alexandrinus Episcopus horum omnium potestatem habeat, quandoquidem Romæ Episcopo, illud etiam moris est, similiter & in Antiochia, & in aliis Prouinciis sua priuilegia, ac suæ dignitates, & authoritates Ecclesiis seruentur.* Licet autem de huius canonis sententia varie certatum sit, non arbitror tamen esse aliquam in eo aut obscuritatem aut difficultatem. Nam primum, ex verbis illis apparet, hunc canonem esse factum pro Patriarcha Alexandrino, & specialiter ad eum referendum esse; propter Meletium Ægyptium qui discesserat à communione Alexandrini Patriarchæ, & ordinationes ad ipsum pertinentes temerario ausu sibi vindicabat, vt refert Sozomen. lib. 1. histor. Eccles. cap. 23 Et Theodoret. l. 5. hist. cap 9. ex Synodica Cõcilij Nicæni. Nec vllo modo pertinet ad summum Pontificem, nec in illis verbis, quia & hæc vrbis Romæ consuetudo est, vlla noua potestas datur Romano Põtifici, sed vetus arguitur, quomodo Iustinin. Nouella 109. statuit, vt Archiepiscopus Iustinianæ primæ, eadem iura super Episcopos habeat, quæ Romanus Pontifex in suos habebat, nec enim Nouella illa facta est pro romano Episcopo, sed pro Episcopo Iustinianæ primæ, cui Iustinianus voluit tantum iura tribui ad exemplum Romani, & ita etiam interpretatur verba nostri Canonis 6. Nicol. 1. epist. ad Michaëlem Imperatorem. *Si instituta Nicænæ Synodi dili-*

genter inspiciantur, inuenietur profecto, quia Romanæ Ecclesiæ, nullum ex Synodus contulit incrementum, sed potius ex eius forma, quod Alexandrinæ tribueret particulariter sumpsit exemplum. Nec obstat, quod in veteri libro Canonum Bibliothecæ Vaticanæ, iste Canon Nicænus dicitur pertinere ad Primatum Papæ, *De Primatu,* ait, *Ecclesiæ Romanæ & aliarum Ciuitatum Episcopis. Antiqui moris est vt Episcopus vrbis Romæ habeat primatum, vt suburbicaria loca, & omnem Prouinciam suam gubernet.* Et Paschasinus Legatus Papę in Synodo Chalced. Act. 16. vsus est eo canone, ad probandum Primatum Papæ, nam responderi potest, non inde sequi hunc canonem conceptum esse primo & per se pro Primatu Papæ, sed per interpretationem tantum, ad eum posse referri, quatenus iura Alexandrini Episcopi, conformantur iuribus Romani Pontificis.

Quod vero aduersarij, ex versione Ruffini conantur potestatem Romani Patriarchæ intra suburbicarias coercere, abeunt à vero sensu Ruffini; versio eius est, *vt apud Alexandriam, & in vrbe Roma vetusta consuetudo seruetur, vt ille Ægypti, hic suburbicariarum Ecclesiarum sollicitudinem gerat.* Cum enim Rufinus videret in eo Canone 6. conformari potestatem Alexandrini Episcopi, potestati Romani Pontificis in regimine suarum Ecclesiarum, & Canon Nicænus Prouincias quidem tres Alexãdrini Episcopi expressisset, nullas vero Romani Episcopi recensuisset, ipse voluit aliquas exempli gratia nominare & nominauit suburbicarias, & ne videretur inæqualis comparatio, omissa Lybia & Pentapoli, comparauit tantum Ægyptum suburbicariis, quia etiam Ægyptus est suburbicaria regio Alexandrini Episcopi, non Lybia nec Pentapolis, & dixit, *Vt ille Ægypti, hic suburbicariarum Ecclesiarum sollicitudinem gerat.* Nam si Ruffinus voluisset totam potestatem Alexandrini Episcopi conferre cum tota potestate Romani Pontificis, aliter loquutus fuisset, & dixisset, *vt ille Ægypti, Lybiæ, Pentapolis, vt*

hic suburbicariarum Italiæ, & Prouinciarum, &c. sollicitudinem gerat. Sed ad explicãdum Canonem satis erat Rufino sumere Ecclesias suburbicarias vtriusque Episcopi, nimirum Ægyptum Alexandrini, & suburbicarias Romani, tanquam notiores, in exemplum rei quæ definiebatur in eo Conone, omissis Ecclesiis quæ lege Metropolitica vel Patriarchali erãt eis subiectæ: minus ergo dixit Rufinus quam sit in Canone, cum in eo nominatim & expresse comparetur Alexandrinus Episcopus Romano Episcopo, & vniuersali eius potestati, non tantum ratione suburbicariarum suarum, id est, Diocesanæ potestatis, sed etiam ratione potestatis Metropolitanæ, & Patriarchalis, quæ in Lybia & Pentapoli, aliisque locis exercetur. Quare male illi ex ea versione restringunt potestatem Romani Pontificis. Nec vero agitur in hoc Canone de Regionibus illorum Episcoporum, sed de potentia & authoritate eorum maxime in ordinationibus, in qua fieri potest comparatio, licet vna Ecclesia illarum, Prouincias suas latius excitaret, & Rufinus nunquam Ægyptum, Lybiam, & Pentapolim cum suburbicariis voluit componere, hoc enim esset dicere Alexandrini Episcopi ditionem esse maiorem ditione Romani Pontificis, quæ non est sententia Canonis.

F I N I S.

Errata, sic vt sequitur, legenda.

In primo prospectu & inscriptione libri. Lege Autocephalia. In Epist. p. antepenultima, l. literarum. & literarum, & mea. P. 2. lege *prædicarent* p. 3. lege *vt illi*. p. 12. l. *de quibus agitur*. Et παρὰ τὸν πληρωθέντα τὸν πληρούμενον. p. 4. l. manuum. p. 7. lege publicum munus. p. 8. l. separari. p. 9. l. corpus sanguisque. p. 12. l. hospitales. p. 15. l. tanti honoris. p. 16. l. mortuo Episcopo. Et consenescentes. p. 19. l. τοῦ ἐπισκόπου. Et, rerum mobilium. p. 21. πόλιν ποιμαίνειν. p. 24. l. id probaret. p. 25. l. vlla res. p. 29. l. exierant. p. 35. lege χωρεπισκόποις. p. 42. l. Episcopum. Et Baucalensi. p. 43. l. querela. p. 50. l. ἀναβῆναι δὲ. p. 55. l. patres. p. 66. l. λύεται. & ἐπαινουμένῳ. & κύριος p. 67. l. ἀπαρχόμενος. p. 68. l. τῶν Ἀποστόλων. p. 73. l. παραπέμπουσι. p. 78. l. subiici. p. 87. l. συναθροίσαντες. p 88. l. ὡς. & romana p. 86 l. Epiphanio. p. 89. l. schismatum. p. 93. lege facta et. p. 94. l. hoc fieri. p. 102. l. πρότερον. p. 105. l. quàm. &, superædificauerant. p. 113. l. præsuntque. p. 120. lege nonnullos metropolitanos. p. 127. l. hæreticum me. Et in notis. p. 1. lege Cathedram. p. 110. lege διδασκαλίαν. p. 12. l. pennas. Et, Graculus.



